Ois ergo illis terra data est, q̄a & illa pars, q̄ nondum fuerat data i possessionē iā data fuerat i quādā exercitationis vtilitatē. *Quæstio a Nullusq; eis. Augu.* Quod ait, non restitit quisquā ante faciē eorū ab oīb. inimicis eorū: q̄ri p̄t quō verū sit, cū de tribu Dā superius scriptū sit, q̄ eos hostes nō p̄miserit desc̄dere in vallē, & preualuerint eis in mōtibus: sed pro vniuerso populo vn decim tribus deputatæ sunt. Si autem quæritur, cur hęc tribus in sorte sua non obtinuerit sufficientes terras, & ab eis, à quibus tenebat, afflicta sit: in secreto Dei consilio est. Cum tū Iacob filios būdiceret, talia dixit de isto Dan, vt de illa tribu exiret futurus Antichristus. Sic ēt solui p̄t hęc q̄ō, qa nō restitit q̄sq̄ añ faciem illorū cū. f. sit sub vnius ducis imperio pugnarent, anteq̄ singulis tribubus sua loca defendenda diuiderent.

Quæstio in qq. vet. te. q. 22. lib. 6. in. 4.

NICOLAVS DE LYRA:

¶ *pulari, & habitaret. & ideo Dominus impleuerat dictum suum secundum formam promissi.*

a Dataque est ab. *i. ab omnibus per circuitum nationibus, quia illi qui erant extra terram promissionis, vt Aegyptij, Idumęi, & alij, non audebant contra eos mouere bellum.*

b Nullusque. *i. illorum, qui remanserant adhuc in terra promissionis, qui magis proprie dicebātur hostes eorū, quia inhibitum erat filijs Israel facere cū eis amicitias, vt habetur Nu. xxiij. & infra. hoc libro. xxiij.* Num. 33. g

c Sed cuncti. *Sed videtur, ꝙ in hoc peccauerunt filij Israel, quia sicut dictum est supra. cap. xvi. & xvij. illi de tribu Ephraim, & de tribu Manasse peccauerūt i hoc, qđ ꝓmiserūt aliquos hostes habitare i sorti. suis sub tributo. Dicēdū, ꝙ trib. Ephraī, & dimidia Manasse erant i magna multitudine, sicut dictū est supra. xvij. c. ꝙ qđ conquesti fuerunt de altitudine suæ possessionis, poterāt ēt suos aduersarios superare. vnde ibidem: dicitur: Postq̄ aūt coaluerūt filij Israel, subiecerūt Chananæos, & fecerūt sibi tributarios, nec interfecerūt eos. s. fm̄ ꝑceptū domini, licet post. nt, ductū cupiditate tributi, illis aūt duob. cōuerētib. s. multitudine ad terrā populādū, & ptāte ad aduersarios debellādū, nō erat filijs Israel licitū reseruare habitatores illius terræ, sed s. d̄m ꝑceptū domini debebāt eos ītrfecre. & iō trib. Ephraī, & trib. Manasse peccauerunt dimittēdo eos i sortib. suis. Quādo āt ista duo, vel alterū eorū deficiebat, poterāt habitatores terræ i ditionē recipe, vel tregā cū eis facere, nō ad sp, qa hoc erat simpliciter illicitū. sed ad tps, quousq; hēret multitudinē sufficiētē ad terrā populādā, & virtutē destruēdi eos. q̄ deꝑebat ex volūtate dñi, q il los reseruauerat i terra illa, vt i eis experiret Israel, utrū seruarēt ei mādata, vel nō, vt hērēt cōsuetudinē pliādi, sicut dictū est sup. i prin. xiij. ca.*

Num. 33. c

d

GLOS. ORDI. CAP. XXII.

a Ori. hom. 26. in Ios. circ. med.

a b EOdē t pe. Adā. Cōgregat Iesus filios Rubē, & Gad, & dimidiā tribū Manasse, q̄ secū militauerāt, & dimittit eos i hꝝditatē suam, da-

NIC. DE LYRA. CAP. XXII.

Diuisio

EOdem tempore. *Hæc est vltima pars principalis huius libri, in qua agitur de ducis dispositione: & primo inōtū respicit finē certaminis: secundo, ꝓut respicit tēpus pacis ca. xxiij. tertio prout respicit tempus suæ mortis cap. vlt. Circa primum sciendum, quod bellis terminatis, tribus Rubē, & Gad, & dimidia Manasse debebant reuerti ad loca sua vltra Iordanem: hoc tamen debebant facere de licentia, & scitu Iosue, & iō primo datur eis hec licentia, secundo notantur de idolatria, ibi: Cumq; venissent. tertio inquiritur de fama, ibi: Et iuerim misērūt. quartò declaratur veritas plana, ibi: Rspōdrūt filij Ruben. Circa primū. sciēdū, qđ licētia datur, tamē sub duplici cōditione*

a b EOdem tempore uocauit Iosue Rubenitas, Gadditas, & dimidiā tribū Manasse, dixitq̄ ad eos: Fecistis omnia q̄ ꝑcepit uobis Moyses famulus Dñi, mihi quoq; in oībus obedistis, nec reliquistis fratres vestros lōgo tēpore usq; in ꝑsentem diem, † custodientes imperiū Dñi Dei vestri. Quia igit dedit Dñs Deus vester fratribus vestris quietem, ac pacē sicut pollicitus est, reuertimini, & ite in tabernacula uestra, & in terram possessionis, quam tradidit uobis Moyses famulus do-

a

b

c

d

ditione, ꝑt videbitur ꝑsequēdo. Verumo igitur notatur ips debitum huius licētiæ, cum dicitur,

a Eodem *s. tpo nouē tribus, & dimidia habebant terrā sufficiētē ꝓ habitatione sua, & qtē ab aduersarijs tā extrinsecis, quam intrinsecis eo modo, quo dictum est in fine præceden. c.*

b Vocauit. *vt remitteret eos ad loca sua.*

c Fecistis. *ꝓcedendo fratres vestros ad pugnā, & uos q̄ue haberent suam possessionem. hoc autē præceptum Moysi habetur Nu. xxxij.* Num. 32. e

d Mihi quoq; *in. Comendat eos, qa virtus data est eis*

¶ *data est eis &*

MORALITER.

* a *Eodē* Hic agitur de reuersione tribuū Ruben, & Gad & dimidiæ tribus Manasse ad sortes suas vltra Iordanem. & primo Iosue commendat eos de obedientia ad Deū, & ad Moysen, & ad seipsum, dicens.

† custodientes custodiam imperij Heb.

c *Fecistis omnia quæ præ.* per quod ostenditur, quod licet opera virtutum in principio non sint commendanda propter dubiū de pseuerantia, vt dictū fuit. supra. Leuitici. xiv. tamen, quando pseuerantia manifestatur sicut fuit in proposito, debent commendari. Ambro. in sermone de confessore Pontifice.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA CARDOS USAL.E

E suam, datis quibusdam muneribus. In quo significat, quia
Ro. 11.c cum plenitudo genitum intraucrit, & quæ promissa sunt à do-
mino Iesu perceperit, illi, qui per Moysen eruditi, & instructi
fuerant, & nobis in certamine, orationibus, & exemplis auxi-
liati sunt, quia nondum promissiones consecuti sunt. expectã-
tes, vt etiam nostra uocatio impleretur, & tunc demum perfectionẽ
consequentur cum muneribus, q̃ accipiunt a Iesu, vt vnusquisq; ha-
bitet in pace omni impugnatione
cessante.

Orige. Hom 26 in Iosue post med. a Cumque Adaman Filij Ruben, &
Gad, & dimidia tribus Manasse
trans Iordanem ædificauerunt al-
tare: filii vero Israel reliqui causam
ignorantes, mittunt Phinees filiũ
Eleazari cum. 10. viris de singulis
tribubus electis quærentes quare
hoc fecissent. Illi autem satisfaciũt
de ara dicentes: Scimus, quia altare
verum est apud vos, vbi Iesus habi
tat &c. Sed videamus huius facti
sacramentum. Prior populus circũ
cisionis in Ruben primogenito figu
ratur, & in Gad, qui & ipse pri-
Gen. 29 f mogenitus est ex Zelta, & Manas-
Iud. 30. b se primogenitus est. Quod autem
dico primogenitus, secũdum tem
pus loquor. Hæc autem dicuntur,
ne inter nos, & illos, qui ante ad-
uentum Christi fuerunt iusti, diui-
sio aliqua videretur, sed vt ostende
rent se etiam fratres nostros esse.
Licet enim tunc habuerint altare,
sentiebant, quia non erat verum,
sed forma futuri, & veri altaris. No
uerant illi, quia veræ hostiæ, & quę
possent auferre peccata, non in illo
altari offerebantur, quod habe-
bat primogenitus populus, sed in
Iob. 10.c isto, vbi erat Iesus. Fiet ergo vnus
F grex, & vnus pastor: illi iusti, & isti
iusti Christiani.

b Multi. Cadebat ergo aliquando
populus in deserto, & moriebatur, venit Aaron, & stetit in medio
Num. 16.g eorum, qui moriebantur, & qui viuebant, ne vltra vastatio mortis
proficeret. Venit ergo & nunc ve-
Allegor. rus pontifex dominus meus medius
inter moriẽtes & viuos, i. iter eos,
q̃ ex Iudęis suã pũtiã susceperũt, &
inter eos, q̃ nõ solũ nõ susceperũt,
sed se-

NIC. DE LYRA.

¶ *data cresc it, & patet litera vsque ibi:*
a Ita dumtaxat, *vbi huic licentiæ additur duplex conditio, secunda ponitur ibi: Cumque dimitteret. Prima autem condi*
*qui capita erant domus patrũ suorum in millibus Israel
†Cœtus Israel
*cõtra Deum Israel
tio est respectu Dei, vt f *diligenter seruent mandata Dei. ideo subditur,*
b Vt custo. *interius.*
c Et opere. *exterius.*
d Mandatum. *quantum ad præcepta moralia.*
e Et legem. *quantum ad iudicialia, & ceremonialia.*
f Quam, *q. d. non præcepit vobis autoritate propria, sed Dei, cui est in omnibus obediendum.*
g Vt dili. *quia eius dilectio est finis totius legis, vt declaratum fuit diffusius Deut. vi.*
Psal. 24.b h Et ambu. *iuste, & pie viuendo, quia vniuersę viæ domini misericordia & veritas, secundum quod dicitur in psalmo.*
i In omni corde. *i. affectu quia voluntas mouet alias potentias animæ ad actus suos, sicut cor alia membra corporis.*
k Et in omni anima. *i. intellectu.*
l Benedixitque. *imprecando eis bona. benedictio enim solennis ad ipsum non pertinebat: sed tantum ad officium sacerdotis.*
m Tribui. *Hoc additur, quia illa tribus erat diuisa qtũ ad habitationẽ.*
n Cumque dimitteret eos. *Hæc est secunda conditio eis imposita, & est respectu proximi, quæ exprimitur, cum dicitur.*

mini trans Iordanem: ita duntaxat, vt cu-
a b c d e f g h stodiatis attente, & opere cõpleatis man-
datum, & legẽ, quã præcepit uobis Moy
ses famulus Domini, vt diligatis Dñm
Deum vestrum, et ambuletis in omnibus
vijs eius, & obseruetis mandata illius ad-
i k l hæreatisq; ei, ac seruiatis in omni corde,
& in omni anima uestra: Benedixitq; eis
Iosue, & dimisit eos. Qui reuersi sunt ī ta-
m bernacula sua. Dimidiæ autẽ tribui Ma-
nasse possessionẽ Moyses dederat in Ba-
san, & idcirco medię, quę superfuit dedit
Iosue sortẽ inter cæteros fratres suos trans
Iordanem ad occidentalem plagam. Cũ-
n que dimitteret eos in tabernacula sua, &
benedixisset eis, dixit ad eos: In multa sub
o stãtia, atque diuitijs reuertimini ad sedes
uestras, cum argento, & auro, ære, aç ferro, & uestę multiplici: Diuidite prædam
p hostium cum fratribus uestris. Reuersiq;
q sunt & abierunt filij Ruben, & filij Gad,
& dimidia tribus Manasse a filiis Israel, de
Silo, quæ sita est in Chanaan, ut intrarent
Galaad terram possessionis suæ, quam
r obtinuerant iuxta imperium Domini in
manu Moysi. Cumque uenissent ad † tu-
s t mulos Iordanis in terram Chanaan, ædi-
ficauerunt iuxta Iordanem altare infinitę
u magnitudinis. Quod cũ audissent filii Is-
rael, & ad eos certi nuntij detulissent, ędi
ficasse filios Rubẽ, & Gad & dimidiæ tri
bus Manasse altare in terra Chanaan sup
Iordanis tumulos †contra filios Israel, cõ
uenerunt omnes in Silo, ut ascenderent,
& dimicarent contra eos. Et interim mi-
x serunt ad illos in terram Galaad Phinees
y filium Eleazari sacerdotis, & decem prin-
z cipes cum eo singulos de singulis tribu-
bus*. Qui uenerunt ad filios Ruben, &
Gad, & dimidię tribus Manasse in terrã
a Galaad, dixeruntq; ad eos: Hæc mandat
omnis †populus Dñi: Quæ est ista trans-
b gressio*? Cur reliquistis Dominum Deũ
Israel, ædificantes altare† sacrilegum, & a
c cultu illius recedentes? † An parum uobis
est, quòd peccastis in Beelphegor, & us-
d que in præsentem diem macula huius sce
e leris in uobis permanet, multique de †po-

p Diuidite. *quam acquisuistis in bellis.*
q Cum fratribus. *id est cum illis de tribubus vestris, qui manserunt ad custodiendum familias, & loca vestra, quia illi, qui remanebant ad sar-* 1.Reg.30.f
cinas, debebant habere partes suas de præda bellantium, & hoc fuit ob seruatum tanquam iustum, non solum a tempore Dauid, qui de hoc posuit legem, vel posita confirmauit, vt habetur 1. Reg. sed etiam a tempore Abraham, vt declaratum fuit. Ge. xiij.
r Cumque ve. *Hic consequenter notantur filij Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse de idololatria, cuius occasio præmittitur cũ dicitur.* Cumque venissent ad. *In Hebr. habetur,* אל גלילות הירדן *el geliloth haiarden. i. ad terminos ipsius Iordanis.*
s In terra. *Ex quo patet, quod altare illud, de quo fit hic sermo fuit ædificatum in terra Chanaan iuxta Iordanem.*
t Aedificauerunt. *i. notabilis magnitudinis. & est locutio hyperbolica. In Hebræ. autem habetur,* מנחה גדול למראה *id est altare magnum ad videndum seu altare magnæ visionis, quia à longe poterat videri.*
v Quod cum. *sequitur.* Conuenerunt. *Suspicati sunt enim, quod fecissent altare ad immolandum idolis, vel ad immolandũ Deo extra locum Silo, eo quod esset nimis remotus ab eis, quod erat eis illicitum, ex quo tabernaculum fuit fixum in Silo, & altare holocaustorum ibi positum, prout dictum fuit plenius Deut. xij.*
x Et interim. *Hic consequenter inquiritur de fama: quia bellum non debet moueri maxime contra amicos, nisi ex certa causa, & iusta, & ideo ad hoc inquirendum missi sunt certi, & solennes nuntij, qui notantur cum dicitur,*
y Phinees. *quia habebat magnum zelũ legis secundũ quod habetur, Nu. xxv.* Num. 25.c
z Et de. *quia præter tribum Leui, de qua erat Phinees, erant nouẽ tribus, & dimidia: de qua fuit missus vnus sicut & de tribus integris. & patet litera vsque ibi.*
a Quæ est. *Quia sicut dictum est, reputabant illud altare ædificatum ad immolandum idolo, vel ipsi Deo, modo tamen inde bito: & ideo inquirebant vtrum esset hęc causa, vel illa. Et primo tangunt causam idololatriæ dicentes.*
b Cur reli. *Et adducunt exemplum de idololatria Phegor, quæ ponitur Nu. xxv. dicentes.* Num. 25.d
c An parum. *quasi dicant, ad illam idolo latriam vultis addere aliam?*
d Et vsq; in &c. *qa macula, & vituperiũ de culpa parẽtũ manet in filijs eorum. Sciendum tamen, quod istud nõ plus debebat imponi Ruben, & Gad, q̃ alijs: qa ille qui fuit principalis in illa idololatria, & qui fuit interfectus cum sorte Madianiti de fuit princeps in tribu Simeon, vt habetur Nu. xxv. & ideo in Hebræo habetur sic: An parum vobis est peccatũ Phegor, à quo non sumus mundati vsq; ad diem istum? sequitur,*
e Multique de populo. *propter peccatum paucorum. Et tunc arguunt à*
¶ sim ili

MORALITER.

✻ Lauda nauigantis felicitatem, sed cum peruenerit ad portum. Lauda ducis virtutem, sed cum perductus est ad triumphum. Scdo inducit eos ad obseruantiam diuinæ legis, cum dicit.

a *Ita dum.* & vt de bonis acquisitis liberaliter diuidant fratribus suis, qui remanserant ad terram custodiendam. cum dicitur,
o *In multa subst.* Per hoc ãt signãt, qd bona spũalia, q̃ aliis cõicata nõ minuunt, sed poti* augẽt liberaliꝝ sũt cõicãda, hęc ãt dixit Iosue ī recessu p̃dictorũ, vt eius verba i eorũ cordib. arctius remãerẽt ipress.
r *Cũq; ve.* Per hoc autem, q̃ ædificauerunt altare in terra Chanaã super Iordanem, in testimoniũ qd ipsi, & eorum filii haberent ius accedendi ad terrã promissionis pro cultu Dei, priusquam intrarẽt suas hęreditates, & viderent filios suos, & vxores, significatur fideles ante omnia debere esse solliciti de cultu debito ipsius Dei.

✻ *d Euolu-*

A sed se magis, q̃ illũ occiderũt,
& dicentes: Sanguis eius super
Matt. 27.c nos & super filios nr̃os. vñ:
*rebellantes contra eum
Matt. 23.d
Tob. 2.b
†puniret* est in hac themate
Luc. 13.g
Ie qq. ue. te. q 23. ub. 6. in 4.
-Putauimus itaq; melius
Diuiso
Ois sanguis iustus q effusus ẽ
sup terrã, reqũr ab hac gene
rõne, q̃ hæc dixit. Sunt ergo
isti pars ppli mortui, qa neq;
azyma, neq; dies festos com-
petenter agunt. Sed conuersi
sunt dies festi eorũ in luctũ,
& cãtica in lamẽtum. Qui ẽt
si vellent poterãt diem festũ
celebrare in eo loco, quẽ elegit Dñs Deus. Nos ãt nõ dixi-
mus eis, Nõ erit vobis pars
in hoc altari, vel in hæredita-
te Dñi, sed ipsi spõte sua, alta
re verum & cœlestem ponti
ficem refutauerunt, ideo etiã
imaginem perdiderũt. vnde:
Ecce relinquẽt vobis domus
vestra deserta. Translata est
enim ad nos gr̃a spiritus san-
cti, & solennitates, qa xr̃ãsijt
ad nos põtifex verus secun-
dum ordinẽ Melchisedech,
& necesse est eum veras ho-
stias i. spirituales offerre apud
nos, vbi ædificatur templum
Dei ex lapidib. viuis, quæ est
ecclesia Dei viuẽtis, & vbi est
uerus Israel in Christo Iesu
Domino nostro.
a Extructo. Aug. Et in sacrifi-
ciis salutariũ nostrorũ. Quia
pluraliter dicta sũt sacrificia,
pluraliꝝ ẽt salutaria. Vbiadu
tendũ est quẽadmodũ singl̃r
dici soleat sacrificiũ salutare,
quia si Chr̃m acceperimus,
q̃ dictus est salutare Dei, nõ
occurrit quemadmodũ plu-
raliter possit intelligi. Vnus. n.
Dñs noster Iesus Christus q̃
uis multi dicant Chr̃i p eius
gratiã post cũ. uñ: Nolite tan
gere Christos meos. Vtrum
autẽ salutares possint dici, uel
salutaria, nõ facile audendũ
est. Solus. n. saluator est ipse.

* nobis & generationibus nostris
Psal. 104.d

NIC. DE LYRA.

¶ *simili dicentes:*
*cœtus capita millium Israel
a Et uos ho. re. dñm. ædificãtes altare sacrilegũ, ut prædictum est.*
b Et cras. *i. in futuro. & cito.*
c In uni. *pp trãsgressionẽ uestrã. Consequenter tangunt aliã cãm de cultu Dei illicito, cum dicitur:*
d Quod si pu. *Eò q̃ dñs non elegit eã, ut poneretur ibi eius tabernaculũ, & altare, & pp hoc in terra uestra nobis ppinquiori fecistis altare ad offerẽdã ibi hostias dño, tanq̃ sit uobis licitum, quod tamẽ est falsum: Ideo sequitur,*
e Transite. *qa dabimus uobis de possessionibus nostris, ne rem illicitã faciatis, cuius pœnitio ĩt redũdaret in nos. & ad hoc exemplum inducunt, cum dicitur,*
f Nonne. *Iste est, qui accepit de anathemate, ut dictũ est sup. vij. c. p cuius peccato exercitus Israel fuit debellatus & plures interfecti, ut dictum fuit ibi.*
g Rñde. *Hic aperitur veritas plana per responsionem filiorũ Ruben, et Gad, & dimidiæ trib. Manasse: ubi primo ponitur eorũ responsio. Secndo responsionis acceptatio, ibi. Quibus auditis. In responsione aũt sua primo excludũt cãs sibi impositas*

pulo corruerunt? Et vos hodie reliquistis Domi-
a num*, & cras in vniuersum Israel ira eius desquiet
b c Quòd si putatis immundam esse terram possessio
d nis uestræ, transite ad terrã*, in qua tabernaculum
e Domini est, & habitate inter nos: tantùm vt a Dño
& a nostro consortio non recedatis, ædificato alta
ri præter altare Dñi Dei nostri. † Nõne Achan filius
f Zare † præteriit mandatum Dñi, & super omnem
populum Israel ira eius incubuit? Et ille erat vnus
homo, atq; vtinam solus perijsset in scelere suo. Re
g sponderunt̃que filij Ruben, & Gad, & dimidia tri
bus Manasse principibus legationis Israel. Fortissi
mus Deus Dñs ipse nouit, & Israel simul intelliget
h i si prævaricationis animo *hoc altare cõstruximus
k non custodiat nos † sed puniat nos in præsenti. Et si
ea mẽte, fecimus, *vt holocausta, & sacrificium, et
l pacificas uictimas super eo imponeremus, ipse q̃-
rat, & iudicet, & non † ea magis cogitatione, atque
m n o tractatu vt diceremus: Cras dicent filij uestri filijs
p q nostris: Quid vobis, & Dño Deo Israel? Terminũ
posuit Dñs inter nos & vos, ô filij Ruben & filij
r s Gad Iordanem fluuiũ, & idcirco partem non ha-
t beris in Dño, & per hanc occasionem auertẽt filij
u vestri filios nostros a timore Dñi. Putauimus itaq;
melius, & diximus: Extruamus nobis † altare, non
x in holocausta, neq; ad uictimas offerendas, sed in
y z testimoniũ inter nos, & vos, & sobolem nostram,
uestramq̃ progeniem, vt seruiamus Domino &
iuris nostri sit offerre holocausta, & uictimas, &
pacificas hostias, & nequaquam dicant cras filij
vestri filijs nostris: Non est vobis pars in Domino.
Quòd si uoluerint dicere, * respondebunt eis:
Ecce † altare Domini, quod fecerunt patres nostri,
non in holocausta, neque in sacrificium, sed in
testimonium nostrum ac vestrum. Absit a nobis
hoc scelus, ut recedamus a Domino & eius uestigia relinquamus, extructo altari ad holocausta, &
sacrificia, & uictimas offerendas, præter altare
a Domini Dei nostri, quod extructum est ante ta-
bernaculum eius. Quibus auditis Phinees sacer-
a dos, & princeps † legationis Israel, qui erãt cum eo
placati sunt, & uerba filiorum Ruben, & Gad, &
dimidię tribus Manasse libentissimè susceperunt.
Dixitq̃ue Phinees filius Eleazari sacerdos ad eos:
Nunc scimus quòd nobiscum sit Dominus, quoniam alieni estis a prævaricatione hac*, & libe-
b rastis filios Israel de manu Domini. Reuersusq̃ue
est cum principibus a filijs Ruben, & Gad de terra
Galaad in terram Chanaam ad filios Israel, & re-
tulit eis. Placuitque sermo cunctis audientibus, &
laudauerunt Deum filij Israel, & nequaquam ultra dixerunt, ut ascenderent contra eos, atque pu-
gnarent, & delerent terram possessionis eorum.
Vocauerũtque filij Ruben, & filij Gad altare, c
quod extruxerant, testimonium † nostrum, quòd
Dominus ipse sit Deus.

tas ædificõnis altaris, & primo illam de idololatria cum dicitur,
h Si prẽuari. *idest idololatriæ intentione.*
i Hoc alta. *in præsenti pœna publica, & patenti. Secundo excludunt aliam causam de illicito cultu. cum dicitur,*
k Et si ea. *offerremus ibi domino.*
l Ipse quæ. *Pœna debita nos puniendo. Consequenter aperiunt veram causam, cum dicitur,*
m Et non. *id est in posterum.*
n Dicent. *i. dicere potuerint.*
o Filij. *quando transibunt Iordanem ad offerendum domino in loco tabernaculi domini.*
p Quid uo. *id est non habetis in eo partem. Cuius causa, quæ posset allegari subditur:*
q Termi. *qui est terminus terræ promissionis.*
r Et idcirco. *id est ad vos non pertinet accedere ad locum cultus eius: quia non estis de terra promissionis.*
s Et per hanc. *id auertere potuerunt.*
t Filij vestri filij. *quia illi qui elongantur a cultu Dei, p ea quę elõgantur, & finaliter auertuntur a timore, & reuerentia ipsius.*
u Putauimus itaq; melius. *Ad excludendum hoc malum fuerũt.*
x Et diximus extruamus nobis al. *non, ad est ad causas, quas opinati estis.*
y Sed in testimonium: *videlicet quod nos habeamus ius accedendi, & similiter filij nostri ad locũ cultus domini, sicut uos, & filij vestri. Et patet litera vsque ibi:*
z Sed in testimonium nostrũ ac. *Nostrum, quia habemus ius accedendi: Vestrum quia non habetis potestatem nos repellendi.*
a Quibus. *Hic consequenter ponitur dicta responsionis acceptatio. Et patet litera usque ibi.*
b Et liberastis filios Israel &c. *quia non peccastis sicut opinabamur: nec per consequens occasione uestri punientur.*
c Vocauerunt q̃. *i. qd dominus sit Deus noster, sicut & illorum Hebræorum, qui habitant in terra Chanaan. Dicit autem Josephus, q̃ ille titulus erat sculptus in altari illo ad memoriã futurã.*

* & rebellionis nr̃i dominum †hodie
*vt auertamur à domino &
-& ruinam
† eo magis timore
† posessionis domini
† supra 7.a
† similitudinem altaris. *l. 5. am. in die cap. 1. circa fi.*
† offerẽdo
† quia redditus est sup. in fine. xxi. ca. qa ẽ. Ita est inter nos qđ

NIC. DE LYRA. CAP. XXIII.

¶ *post mortem*

MORALITER.

a Euoluto ãt multo tẽpore &c. In hoc capĩo Iosue debellatis aduersarijs pro maiori parte, iduxit ppũ ad Dei timorẽ &

✻ *seruitutem*

CAP. XXIII.

a Voluto autem multo tempore,
b postquã pacem dederat Dominus

*contra dominum
Diuiso
† Cœtu domini
† Nu. 5. c. 3
† limites & infra
H
† in trãsitu filiorum
Num. 25.d
†rebellantes hodie contra dominum
¶ Cœtus capitum millium Israel
Deut. 29.c
Deut. 31.c
Deut. 32.c
Deut. 33.c
Deut. 34.c
Iosue 1.c
Iosue 2.c
Iosue 3.c
Iosue 4.c
Iosue 5.c
Iosue 6.c
Iosue 7.c
Iosue 8.c
Iosue 9.c
Iosue 10.c
Iosue 11.c
Iosue 12.c
Iosue 13.c
Iosue 14.c
Iosue 15.c
Iosue 16.c
Iosue 17.c
Iosue 18.c
Iosue 19.c
Iosue 20.c
Iosue 21.c
Iosue 22.c
Iosue 23.c
Iosue 24.c
Iudic. 1.c
Iudic. 2.c
Iudic. 3.c
Iudic. 4.c
Iudic. 5.c
Iudic. 6.c
Iudic. 7.c
Iudic. 8.c
Iudic. 9.c
Iudic. 10.c
Iudic. 11.c
Iudic. 12.c
Iudic. 13.c
Iudic. 14.c
Iudic. 15.c
Iudic. 16.c
Iudic. 17.c
Iudic. 18.c
Iudic. 19.c
Iudic. 20.c
Iudic. 21.c*

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
CAMPUS DE EXCELENCIA INTERNACIONAL

F *En ego hodie ingrediar. Aug.* Quòd autem dicit Iesus: Ego autem in recurro viam, sicut & omnes q̄ sūt In qq. vet. test. lib. 6. q. 24. sup terram. In ea interpatione q̄ est ex Heb. intelligimus, ingredior viā. Ita ergo accipiēdū est, quod. LXX. dixerunt Recurro, sicut dicū est homini: Donec reuertaris in terram, vnde sumptus es, vt sm corpus intelligat. Sedm animam vero si voluerimus accipere, sicut Gen. 3. c in Ecclesiaste scriptum est. Et spiritus reuertet ad Deum. q dedit Eccl. 12. e cum, non arbitror de omnib. posse dici, sed de his, qui sic vixerūt, vt ad cū redire mereant̄ tanq̄ ad auctorem, a quo creati sunt. Non n. hoc de illis intelligi potest, de Psal. 77. e qb. dr: Spūs ambulās, & nō reuertens. Iesus aūt si nō addidisset, sicut & omnes, qui sunt sup terrā, nulla esset q̄stio. Nō n. aliud de illo crederemus, q̄ qđ de eo dignū esse legimus. Cum vero additum est hoc, miram si hoc, qđ latinus interpres recurro, posuit: nō magis pcurro, vel excurro dicendū est si hoc potest dici, quod græcus habet ἀποτρέχω. Omnes n. pcurrunt, vel excurrūt huius vitæ viā, cū ad eius finē pervenerint. Sed qa hoc verbū positum est vbi patrēs Rebeccæ dicunt ad terrum Gen. 24. f Abrahæ: Ecce Rebeccā, accipiēs recurre, & sit vxor dñi tui. Iō & hic ita hoc verbū interptatū est.

Tuli ergo

NIC. DE LYRA.

F ¶ *post mortem Iosue habuerunt filii Israel bella contra gentes derelictas in terra sua, vt habetur Iudic. 1. Et etiam hic subditur.*

Iudic. 1. b a Multæq; adhuc supersunt nationes, Dominus Deus vester dis. *supple si colatis eum fideliter, & deuote. Ideo subditur.* Tantum conforta. *Et patet litera vsque ibi,*

b Ne postquam intraueritis &c. in terris in nomine deorum earum, *qa hoc pertinet ad venerentiam idolorum secundum quod dicitur. Omnes per ma*

Hab. 6. c *iorem sui iuramt.*

c Et seruata, *quia ex reuerentia idoli deducitur aliquis ad actum idolatrandi. Fuit etiam prohibitum prædicta iuramentum, quia de facili possent credere simplices, quòd transgressio talis iuramenti non esset peccatum, quod est falsum, quia per hoc frangitur fidelitas, et*

In epistola 153. ad Publicolam 1. 2 *iō secundum Aug. ibi est duplex peccatum. Vnum est faciendo reuerentiā idolo. Aliud est fidem frangendo.*

d Quod si vo. *Hic inducit ad cultum & dilectionem Dei ex timore mali, qđ contingit ab eo recedendo. Et hoc est quod dicitur.* Quod si vos, *colendo eorum idola.*

e Et cum eis miscere con. *quòd erat*

Deut. 7. d *eis prohibitum, vt habetur Deuter. vii. quia talia sunt occasiones recedendi a cultu diuino. Transgas autem vel aliqua pacta ad hoc non inducentia, non erat eis illicitum. vt dictum fuit supra. xxi. ca. sicut & Chr. filiari aliquando habēt cum Saracenis.*

f Erunt vob. *transgressionis.*

g Et offendi. *In Heb. habetur* ולשוטם *vel sotat. i. & flagellum, seu fermentum laterum vestrorum. i. seruitutem vobis. Et subditur: Et post hoc mortuus est Iosue. Circa primum Iosue primo causas dictæ obligationis commemorat. Secundo consensum populi captat, ibi: Nunc ergo timete dominum. Tertio explicat difficultatem, ibi: Dixitq; Iosue ad populum: Non poteritis. Quarto consensum iteratum professione firmat, ibi: Testes, inquit, vos estis. Quinto ad hoc signum applicat, ibi: Et tulit lapidem. Circa primum commemorat beneficia Dei exhibita Israeli quæ debent ipsum mouere ad seruiendum domino fideliter, & deuote. Primum autem beneficium est reuocatio patrum ab idolatria, quod notatur cum dicitur:*

¶ Trans flu-

Israeli, subiectis in gyro nationibus vniuersis, & Iosue iam longæuo, & per senilis ætatis, vocauit Iosue omnem Israelem, maioresq; natu, & principes ac † duces & magistratus. Dixitque ad eos: Ego senui, & progressioris ætatis sum, uosque cernitis omnia quæ fecerit Dominus Deus vester cunctis per circuitum nationibus, quomodo pro vobis ipse pugnauerit. Et nunc quia uobis sorte diuiserit omnem terram, ab orientali parte Iordanis vsque ad mare magnum, multæque adhuc supersunt nationes, Dominus Deus vester disperdet eas, & auferet a facie vestra, & possidebitis terram * sicut vobis pollicitus est, tantùm confortamini, & estote solliciti, vt custodiatis cuncta, quæ scripta sunt in uolumine legis Moysi, & nō declinetis ab eis, neque ad dexteram, neque ad sinistram, ne postquam in b traueritis ad gentes, quæ † inter vos futuræ sunt, iuretis in nomine Deorum earum, & c seruiatis eis, & adoretis illos: sed adhæreatis Domino Deo vestro, quod fecistis usque in diem hanc: Et tunc auferet Dominus Deus a conspectu vestro gentes magnas & robustissimas, & nullus vobis resistere poterit. Vnus e vobis persequetur hostium mille viros, quia Dominus Deus vester pro vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est: hoc tantū diligentissimè præcauete, ut diligatis Dominum Deum vestrum. Quod si * uo- d
* eorum
† vobiscū remanent
lueretis gentium * harum, quæ inter uos habitant, erroribus adhærere, & cū eis miscere connubia, atque † amicitias copulare, e
† iterare ad eos & ipse intrent ad uos
iam nunc scitote quòd Dominus Deus vester non eas deleat ante faciem uestram, sed erunt vobis in foueam, ac laqueum, & offendiculum ex latere uestro, & sudes in g
oculis uestris, donec uos auferat, atque h
disperdat de terra hac optima, quam tradidit vobis. † En ego hodie ingrediar uiam uniuersæ terræ, & toto animo cognoscetis, quod de omnibus uerbis, quæ se Dominus præstiturum uobis esse pollicitus est, unum non præterierit incassum. Sicut ergo impleuit opere, quod promisit, & prospeta cuncta uenerunt, sic adducet super uos quicquid malorum comminatus est, donec uos auferat atque disperdat de terra hac optima, quam tradidit uobis, eo quod præterieritis pactum Domini Dei uestri, quod pepigit uobiscum, & seruieritis diis alienis, & adoraueritis eos: Citò atque uelociter consurget in uos furor Domini, & auferemini ab hac terra optima, quam tradidit uobis.

CAP. XXIIII.

Congregauitq; Iosue oēs tribus a
Israel i Sichē, et uocauit maiores natu, ac principes & iudices, & magistros, steterūtque

sicut tradidit eam uobis propter merita patrum, ita auferet a uobis pro demeritis vestris.

i Vnum non. *Licet enim adhuc non haberēt totam terram sibi promissam, tamen habebant secundum formam, et modum promissionis, sicut declaratum fuit supra. ca. xxi.*

G

† iudices

MORALITER.

✻ seruitutem promittens eis, quòd si fideliter hęc fecerint de remanentib. aduersarijs triumphabunt. Per hoc aūt significat, q̄ qualibet bonus prælatus q per Iosue significatur, suos subditos sollicitè monet ad Dei reuerentiam, & amorē, & cum videt eos de vitijs aliquibus triumphasse: confortat eos in dominо: promittens eis, quod cum Dei adiutorio de alijs triumphabunt. Potest autem hoc & aliter exponi de persona singulari, vt per Iosue synderesis intelligatur, quæ malo remurmurat & ad bonum semper inclinat: propter quod incitat intellectum, & voluntatem ad debellationem motuum sensitiuæ partis inordinatorum, & post debellationem vnius partis sensitiuæ, s. irascibilis, vel concupiscibilis incitat cum Dei adiutorio ad deuincendū passiones alterius partis.

Moral.

NIC. DE LYRA. CAP. XXIIII.

Congregauitque Iosue. *Hic consequenter describitur dispositio ducis Iosue circa tempus suæ mortis, renouando obligationem populi ad seruituтē Dei. Primo igitur dicta renouatio describitur. Et secūdo mors Iosue subditur, ibi: Et post hoc mortuus est Iosue. Circa primum Iosue primo causas dictæ obligationis commemorat. Secundo consensum populi captat, ibi: Nunc ergo timete dominum. Tertio explicat difficultatem, ibi: Dixitq; Iosue ad populum: Non poteritis. Quarto consensum iteratum professione firmat, ibi: Testes, inquit, uos estis. Quinto ad hoc signum applicat, ibi: Et tulit lapidem. Circa primum commemorat beneficia Dei exhibita Israeli quæ debent ipsum mouere ad seruiendum domino fideliter, & deuote. Primum autem beneficium est reuocatio patrum ab idolatria, quod notatur cum dicitur:*

¶ Trans flu-

Dimisso.

H
* mersi
* residuarū

† 3. Reg. 2. a
beneficia filijs Israel a Domino exhibita.

MORALITER.

✻ *a Congregauitq;* Iosue. Per Iosue, qui tempore suæ mortis appropinquante congregauit tribus Israel, & eis explicauit legem Dei, & mandata, & fœdus inter Deum, & populum renouauit, ut habetur in hoc capitulo, significatur bonus prælatus secularis, vel religiosus, qui tempore suæ mortis debet suos subditos monere de perseuerantia in bono, quia tunc verba sua in cordibus audientium remanent fortius impressa. sic enim fecit Moyses, vt patet in libro Deuteronomij quasi per totum. Et similiter Christus discipulos suos monuit. Et similiter beatus Franciscus, & beatus Dominicus, & similiter plures alii patres sancti, prout scribitur in eorum legendis.

Moral.

Ioan. 13.

A GLOS. ORDINARIA. CAP. XXIIII.

Tuli ergo patrem uestrum. Aug. Quod LXX. habent: Et assumpsi patrem vestrū Abraham de trans flumina, & deduxi eum in omnem terram. interpretatio quæ est in Hebræo habet: Et induxi eum in terram Chanaan. Mirum est ergo si LXX. pro terra Chanaan oēm terram ponere voluerunt, † nisi intuentes prophetiam, vt magis ex promissione Dei tanq̄ factū accipiatur, quod certissimè futurū in Christo & in ecclesia pronunciabatur, quod est verum semen Abrahæ.

In qq. vet. test. lib. 6. q. 25. 10. 4.

*loco qui erat trans flumen

b Pugnaue. Aug. Clausis portis se murorum ambitu tuebantur, sed claudere contra hostem portas pertinet ad bellum. Non n. miserunt legatos qui pacem poscerent. Si autē dictum esset pugnauerunt aduersum vos, falsū esset, quia bellum continuas pugnas non habet, sed aliquando crebras, aliquando raras, aliquā do nullas. Bellum tamen est, qñ est quodammodo armata defensio.

Vbi infra q. 26.

c Crabrones. LXX. Vespas. i fortè translatiuè acerrimos timoris aculeos, quibus quodammodo timoribus pungebant vt fugerent, aut aculeos aereos spiritus, quod in Psal. dicitur per angelos malos, nisi quis dicat, non omnia quæ facta sunt esse scripta, & velut veras vespas intelligi.

Vbi infra q. 27. † Nu. 22. a

Psal. 77. e

B *Non poteritis*

NIC. DE LYRA.

¶ a Trans fluu. *scilicet Euphratem.*

b Habitauerunt &c. *Sequitur: Seruieruntq; dijs alienis. Quòd fuit declaratum Gen. xi.*

c Tuli ergo patrem. *separādo eum ab idololatris.*

Gen. 12. a † t. Re. 7. a Tob. 14. c † in simplicitate & veritate

d Et adduxi. *prout habetur Gen. Secundum beneficium est prolis multiplicatio, quod notatur, cum dicitur: Multiplicauiq; semen eius &c. Tertium beneficium est liberatio à famis periculo, quòd notatur cum dicitur:*

Gen. 46. a

e Iacob vero, *vt habetur Ge. & ibi saluati fuerunt à periculo famis per Ioseph. Quartum beneficium est signorum ostensio: quod notatur ibi: Misiq; Moysen & Aaron &c. Quintum est*

- quod placet

à seruitute liberatio, ibi: Eduxiq̄ vos, & patres uestros de Aegypto. Sextum est maris rubri diuisio & Aegyptiorum submersio, ibi: Persecutiq; sunt &c.

Exod. 14. a

f Qui posuit tenebras. *Id est nubem tenebrosam ex parte Aegyptiorum, ita quòd non poterant accedere ad filios Israel: vt habetur Exod.*

g Viderunt oculi uestri cuncta. *Quia Iosue, & Caleb, & multi de tribu Leui, qui ibi erant exierunt de Aegypto, & ante exitum uiderant mirabilia, quæ Dominus ibi fecerat pro filijs Israel. Septimum beneficium est gubernatio populi in deserto, vbi quadraginta annis sustentati sunt mānā*

Exod. 16. d *cœlitus dato, vt habetur Exod. Octa-*

uum est duorum regum Amorrhæorū debellatio, ibi: Et introduxi vos in terram &c. Nonum est maledictionis Balaam euacuatio, ibi: Surrexit autē Balac. Decimum est Iordanis desiccatio, ibi: Transfluiq; Iordanem. Vndecimum est ciuitatis Iericho debellatio, ibi:

† Gen. 11. d

h Pugna. *Licet non exiuissent ad bellandum contra filios Israel, stabant tamen supra muros parati ad resistendum eis: nec miserunt ad eos legatio-*

† Isaac Gen. 36. a

nem pacis.

i Amorrhæus, Pherezæus &c. *Hic nominantur septem populi habitantes in terra Chanaan, quia Iericho erat prima ciuitas oppugnanda filijs*

† quemadmodū facti in medio eius.

Israel, & ideo de omnibus gentibus in tota terra Chanaan habitantibus venerunt aliqui bellatores in Iericho ad resistendum filijs Israel in principio. Duodecimum beneficium est de auxilio diuinitus eis dato, cum dicitur:

k Misiq; ante vos crabrones. *Licet crabrones propriè loquēdo sint musce ex simo equi nascentes, tamen hic accipiuntur pro muscis à Deo supernaturaliter formatis, quę habebāt aculeos venenatos, secundum quod dicūt Hebr. Dicunt autem alij expositores, quòd crabrones hic accipiuntur metaphoricè pro aculeis timoris, & terroris dissoluentibus corda eorum, ita quod non poterant resistere filijs Israel. Tertium decimum beneficium est de concessione terræ fructiferæ, & ædificatæ. quod notatur ibi: Dedique vobis terram &c. Sequitur:*

† Balaam

l Nunc ergo timete dominum. *Hic consequenter Iosue capiat populi consensum ad Dei seruitium, dicēs:* Nunc ergo timete dominum. *timore filiali.*

D

m Et seruite ei perfecto corde *absque diminutione.*

n Atque uerissimo. *sine simulatione.*

o Et auferte deos alienos. *Dicunt aliqui, quòd tunc non habebant idola, & ideo auferte, hic accipitur pro non recipere. Potest tamen dici, vt videtur, quòd aliqui eorum habebant idola, quæ apportata fuerant de Aegypto, Amos. Nunquid hostias, & sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israel & portastis tabernaculum Moloch, & imaginem idolorum*

Amos. 5. g

†trans flumen

vestrorum, sydus Dei vestri quæ fecistis vobis? &c. Et hanc autoritatem allegat beatus Stephanus contra Iudæos.

Act. 7. e

p Sinautem malum vobis videtur, vt Domino seruiatis. *propter*

†velitis

simptus sacrificiorum, & aliorum quæ in cultu eius requiruntur.

q Optio vobis datur: Eligite hodie, quod placet, cui seruire potissimum &c. *Ista optio non est concessionis, sed permissionis: quia Deus permittit hominem agere secundum libertatem arbitrij, si tamen ad malum flectitur, iustè punitur. Catera patet vsque ibi:*

r Et eiecit uniuersas gentes Amorrhæorum, habitatorem terræ, quam nos in. *Id est aliquas de*

uniuersis, quia pro maiori parte eiecit, aliquas tamen dimisit propter causas supradictas tertiodecimo cap.

¶ Dixitq; Io.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA CREDOS USALES

E ✠ a *Non pote.Aug.* Non poteritis seruire Dño quia sanctus est. An quia illius sanctitati perfecta seruite quodāmodo cōtēperari humanæ fragilitati impossibile est? Quo audito, non solum isti eius eligere seruitutem, sed etiam de auditorio, & misericordia eius præsumere debuerunt, de qua dī: Non intres in iudicium cum seruo tuo, qa nō iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Hi aūt se potius præsumpserunt, ꝙ sine vla offensione Deo seruirent, vt iā tunc inciperent quod dictum est: Ignorātes Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei nō sunt subiecti. Ita eis iam lex subintrabat, vt abundaret delictum, & postea superabūdaret gratia per Iesum Christū, q est finis legis.

b Auferte.Aug. Quid est quod ait: Et nunc auferte deos alienos, qui sunt in vobis, & dirigite corda vestra ad Deū Israel. Non.n.adhuc habebant simulachra gentium, cum superius obedientiam eorū prædicauerit. Aut verò si habebant post tantas legis ꝓminationes, illa eorū prospera non sequerent, cum sic vindicatū sit in eos, ꝙ vnus de anathemate furatus est. Deniq; Iacob dixit hoc eis, q cū illo de Mesopotamia exierant, vbi sic idola colebantur, vt & Rachel paterna furaretur. Sed post illā admonitionem Iacob dederunt, q̄ habebant. vñ apparuit eum hoc dixisse, quia sciebat eos hīc. Post hāc verò admonitionem Iesu, nullus tale aliquid protulit. Non tū putandū est, hoc illū inaniter ꝓcepisse. Non.n.ait: Et nūc auferte deos alienos, si qui sunt in vobis: sed oīno tanq̄ sciens esse, qui sunt, inquit, in vobis. Sāctus ergo propheta in cordibus eorū cogitationes cernebat de Deo, & alienas a Deo, & ipsas admonebat auferri. Qui.n. talem cogitat Deum, qualis non est, alienum Deū, & falsum in cogitatione portat. Quis est aūt, qui sic cogitet Deū, vt ipse est? Relinquit ergo fidelib. q̄diu peregrinātur a Dño auferre a corde suo phātasmata, q̄ se cogitationib. ingerūt, velut talis, aut talis sit Deus, qualis nō est, & dirigere cor ad illū fidel., quemadmodum, & q̄tum vob is expedire nouit, ipse se insinuet, donec absumatur omne mendaciū. vnde dictū est: Os hō mendax. Et transacta non solum impia falsitate, sed ipso speculo, & ænigmate, facie ad faciem cognoscamus eum &c.

c Percussit. Aug. Et disposuit Iesus testū ad populum in die illo, & dedit illi legem, & iudicium in Silo corā tabernaculo Dñi Dei Israel, & scripsit verba hæc in libro legis Dei, & accepit lapidem magnum, & statuit illum Iesus sub therebinto ante Dñm, & dixit ad populum: *Ecce lapis iste &c.* quia hic audiuit oīa q̄ dicta sunt a Dño q̄cūq; locutus est ad vos hodie, & hic erit vobis in testimonium in nouissimis diebus, cū mētiti fueritis Dño Deo vestro. Hæc uerba, qui altius perscrutātur, non tūn virum tam insipientem putant, vt verba Dei quę locutus est populo, lapidem audisse crediderit, qui ēt si in hominem effigiatus esset, aures hīret, & non audiret. Sed ꝓ hūc lapidem illum signāuit, qui est lapis offensionis, non credentibus Iudæis, & petra scandali, quem reprobauerunt ædificātes, & factus est in caput anguli. De quo dī: Bibebant aūt de spiritali consequente eos petra: petra aūt erat Christus. Vñ petrinis cultris popl'm circumcidit ductor egregius, qui cum illo ēt sepulti sunt, vt profundū mysteriū demōstraret posteris profuturū. Sic ergo hunc lapidem visibil'r statutū dēmus spūaliter accipere in testimoniū futurum infidelib. Iudæis, i. mentientibus, de quibus dī: Inimici Dñi mentiti sunt ei. Neque.n. frustra cum Moyses vel potius Deus per eū disposuisset ad populum testū, q̄d erat in arca testi, & in libris legis tā ta sacrorum, & præceptorum multiplicitate cōscriptis, dictū est hic: Disposuit Iesus testū in die illa. Repetitio.n. testi nouum testū significat, sicut Deuter. i. secunda lex & secūdæ tabulæ. Multis.n. modis significatum est, quod vno mō implēdū fuit. Quōd aūt sub therebinto statutus est lapis hic, significat, quod virga ad petram, vt aqua proflueret, & quia neque hic sine ligno statutus est lapis. Ideo aūt subter, quia non fuisset in cruce exaltatus, nisi humilitate subiectus, vel ꝙ illo tēpore, quo id faciebat Iesus Naue, adhuc obumbrandum mysterium fuit. Therebintus etiam medicinalem lachrymā exudat, q̄ arbor a LXX. hic posita est. Alij verò quercū posuerūt.

✠ Mirum est ꝙ

NICOLAVS DE LYRA.

Domino, quia ipse est Deꝰ noster.

a Dixitq; Iosue ad populū: Non poteritis seruire Dño, Deus enim sanctus, & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus uestris atq; peccatis. Si dimiseritis Dominū, & seruieritis diis alienis, ꝓuertet se, et affliget uos, atq; subuertet, postquā uobis prēstiterit bona. Dixitq; populus ad Iosue: Nequaquam ita ut loqueris erit: sed Dño seruiemꝰ. Et Iosue ad populum: Testes, inquit, *uos estis: quia ipsi elegeritis uobis Dominum, ut seruiatis ei? Responderuntq;: Testes. Nūc ergo ait: Auferte deos alienos de medio uestri, & inclinate corda uestra ad Dñm Deum Israel. Dixitq̄ue populus ad Iosue: Dño Deo nostro seruiemus, & obedientes erimus præceptis eius. Percussit ergò Iosue in die illo fœdus*, & proposuit populo præcepta, atq; iudicia in Sichē. Scripsit quoque omnia uerba hæc in uolumine legis Domini, & tulit lapidē pregrandem, posuitq; eum subter quercum, q̄ erat in sanctuario Domini, & dixit ad omnem populū: En lapis iste erit uobis in testimonium, quod audieritis omnia uerba Domini, quæ locutus est uobis, ne forte postea negare uelitis, & mentiri Domino Deo uestro. Dimisitq̄ue populum singulos in possessionē suam. Et post hæc mortuus est Iosue filius Nun seruus Domini, cētum, & decem annorum, sepelieruntq; eū in finibus possessionis suę in Thannathsare, quę sita est in monte Ephraim a septentrionali parte montis Gaas. Seruiuitq̄ue Israel Domino cunctis diebus Iosue, & seniorum, qui longo uixerunt tempore post Iosue, & qui nouerant omnia opera Domini quæ fecerat in Israel. † Ossa quoque Ioseph quæ tulerant filij Israel de Aegypto, sepelierunt in Sichen in parte agri, quem emerat Iacob a filijs Hemor patris Sichem centum † nouellis ouibus, & fuit in possessionem filiorum Ioseph. Eleazar quoque filius Aaron mortuus est, & sepelierunt eum in Gabaahphinees filij eius, quæ data est ei in monte Ephraim.

¶ a Dixitq; Iosue. *Hic consequenter Iosue ostēdit eis difficultatem seruitutis Dei dicēs:*
b Non po.i.de difficili poteritis, *quia virtus est circa bonum, & difficile. Et dixit hoc Iosue considerans pronitatem populi ad malū, & Dei iustitiam ad puniendum, & ut postea non possent negare illa fuisse eis explicata.*
c Testes, inquit, &c. *Hic consequenter Iosue consensum populi iteratum professione cōfirmat, cum subditur:*
d Respon. Testes. *supple sumus. Et ideo professione facta conclusit:*
e Nunc ergo. *Et exponatur sicut supra.*
f Percussit ergo. *i. renouauit fœdus inter populum & Deum.*
g Et proposuit. *quantum ad moralia, & cæremonialia.*
h Atque iu. *quantum ad iudicialia.*
i Scripsit quo. *i. hanc professionem populi, & obligationem iteratam, ad fortius astringendum populum ad seruiendum Domino in futuro.*
k Et tulit. *Hic consequenter Iosue applicat signum sensibile ad memoriam huius facti in futurum, cum dicitur:* Et tulit, *sicut solet fieri in terminis terrarum, vel regnorum, quando statuuntur in signum diuisionis territoriū.*
l Posuitq; eum. *Videtur, quòd in hoc fecerit contra legem. Non plātabis lucum iuxta altare Domini. Quod soluunt aliqui dicentes, q̄ una arbor non facit lucum. Et hoc non valet, quia ibidem subditur: Et omnem arborē. Ex quo patet intentio præcepti, quòd nulla arbor deberet ibi plantari. Ideo dicunt alij, q̄d inhibitum erat plantare, non tamē prius existentem reseruare, arbor autem ista erat ibi antequam poneretur ibi altare Domini. Sed adhuc istud non sufficeret, quia ad hoc datum fuit illud præceptum, ne Iudæi essent similes idololatris, qui prope phana idolorum habebant lucos ad luxuriam exercendam, et quantum ad hoc non uidetur differre ibi plantare arbores de nouo, uel plantatas prius dimittere. Et ideo dixit Ra. Sa: q̄ uera littera est: Subter limen. Dictio enim Hebr.* אלה *allah, quæ est ibi, est æquiuoca, & in una significatione significat idem, quod limen. & secundum ipsum lapis iste fuit positus prope ingressum sanctuarii, & non eleuabatur usque ad limen superius. Posset tamen dici secundum translationem nostram, q̄ hic non accipitur sanctuarium Dei pro tabernaculo Moysi, quia positum erat in Silo, sicut dictum est supra xxviij. Iosue autem fecit ista, quæ scribuntur hic in Sichen, vt patet in textu vbi dicitur:* Et proposuit. *qui locus bene multò distat à Silo. Et ideo sanctuarium hic potest accipi pro synagogā, in qua conueniebant habitatores illius loci causa orationis, & audiendi verbū Dei, quia in singulis ciuitatibus, & villis, Iudæi habebāt talia loca, licet haberent vnum templum tantum, vel tabernaculum, antequam templum esset factum, vbi fiebant sacrificia. Sicut patet in euangelijs vbi leguntur fuisse plures synagogæ, vtpote in Nazareth, & Capharnaū & aliis locis, stante vnico templo in Ierusalem: Tamen ante templi ædificationem temporibus, quibus arca non habuit stabilem mansionem, licitū fuit alibi offerre sacrificia notiua, nō tamen debita, vt dictū fuit Deu. vij.*
m En la. *fœderis renouati cum Domino & sicut lapis iste est durabilis, ita & fœdus istud debet esse perpetuum.*
n Quod. *In Heb. habetur: Quod audierit omnia. si ipse lapis. propter qđ dicunt Hebræi aliqui, quòd ad literam lapis audiuit, virtute tamen diuina. sed hoc videtur impossibile, quia quod lapis manens lapis habeat sensum auditus, vel cognitionem aliquam, videtur implicare contradictionem. Item q̄ habeat actum secundum, qui est audire, & non habeat actū primum, qui est principium huius actus secundi, videtur impossibile, quia eiusdem est actus primus, & secundus, & accipitur actus secundus pro operatione. siue consistat in pati. siue in agere, quia de hoc sunt variæ opiniones: sed audire, sentire, & intelligere, siue sint actiones eius, qui sentit, vel intelligit, siue sint passiones eius ab obiecto, tamen necessariò in sentiente vel intelligente requiritur potentia sensitiua, & intellectiua, quæ in lapide esse non possunt. Ideo aliter potest dici, quod hic accipitur lapis pro hominibus existentibus circa lapidem illum. sicut dicitur Deu. Audiat terra uerba oris mei id est homines habitantes in terra, sicut ibi expositum fuit. Et secundum istum sensum procedit translatio nostra, secundum. n. quod dicit Hiero. in libro de optimo genere interpretandi.*

¶ *Optima*

✠ Mirum est ꝙ saltem in his nouissimis verbis, quib. populum allocutus est, non eos obiurgauit, quia his gentib. pepercerūt, quas Dñs omnino perdēdas esse præcepit. Sic.n. scriptum est: Et factum est postq̄ inualuerunt filij Israel, & fecerūt Chananeos obedientes, exterminio autem eos non exterminauerunt. Nam primo id eos non potuisse scriptura testata est. Sed nūc postq̄ ꝓualuerunt, ita vt facerēt eos obedientes, ꝙ nō etiā exterminauerūt cōtra ꝓcepti Dñi factum est, qđ non est cuiq̄ factū, cū Iesus exercitus duxerat. An fortè qa ꝓꝰ dixit eos scriptura nō potuisse añ. s. q̄ ꝓualuerēt, ēt cū ꝓualuissent timuisse credēdi sūt, ne fortè paratos obedire, si nō parcerent, acrius ex desperatione pugnare cōtra se cōpellerēt, & eos superare nō posse? Hūc ergo eis hūanū timorē Dñs noluit imputari, & sic apparet in eo q̄dā subdefectio fidei, q̄ si in eis fortis fuisset, ea sequerentē q̄ Iesū bellātē secuta sūt. Quia verò in eis nō fuit tāta fides, ēt cū ꝓualuissent pugnare vsq; ad internecionē inimicorū, ausi nō sūt: non de malitia, vel superbia, vel ꝓtēptu dñici ꝓcepti, sed de infirmitate animi. Vñ Apostolus: Alexāder Erarius multa mala mihi ostēdit, reddat illi dñs ſm opera eius. De illis āt, q nō malitia, sed timore eum deseruerāt, ait: in prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt, quod non illis imputetur.

✠ *Ge. 50.d Exo. 13.d 13. ſſti. 2. vnaquæq; §. item Ioseph moriens. § & §. contra. 2. Tim. 4.c*

NIC. DE LYRA.

¶ *Optima interpretatio nō est mꝑ fit trāsferēdo verbum ex verbo. sed aliquando melius est trāsferre sensum ex sensu, & sic est in proposito.*
a Et post. *Hic vltimò agitur de morte & sepultura Iosue. Et patet littera. Et occasione huius cōsequēter agitur de sepultura Ioseph, vbi dicitur:*
b Ossa quoq; Ioseph, q̄ tulerāt. *Hoc enim imposuerat eis Ioseph.*
c Sepeli. *Hunc.n. locum dederat Iacob ipsi Ioseph: vt habetur Gen.* — *Gen. 50.d*
d Quem eme. *In Hebræo habetur* מֵאַת קְשִׂיטָה *bemeach qusitah cē tū ꝙ hol. s. Et eodē modo habetur Ge.* — *Gen. 48.d*
vbi fit mentio de ista emptione. Consequenter fit mentio de morte Eleazaris sacerdotis, cùm dicitur: — *Gen. 33.d*
e Elea. *Et de sepultura eius, cū dr:* — *†nūmis. c. Cal. inter. & lxx. agois*
f Et se. *Successerat.n. Phinees hæreditate patris sui, & iō ille loꝰ iā dicebāt ipsius Phinees. In aliqb. āt libris interponitur, et, dicēdo sic. Et sepe. Et tūc mutatur sīa, sed ly et, nō est in Heb, nec in libris correctis.*

GLOS. ORD. CAP. I.

d *Et obtulit. Augusti.* Quæritur quare Gedeon ausus sit sacrificium offerre præter locū, vbi iusserat Deus: phibuit. n. extra tabernaculū sium sacrificari sibi, cui tēplū succesſit. tpe aūt Gedeonis tabernaculum erat in Silo. Sed sciēdū, q̄ angelum primo prophetā putauit: & de offerendo sacrificio Domini in illo cōsulit. Qđ si ille prohibuisset, non fieret. Sed quia annuit autoritatem Dei Gedeon secutus est. Ita .n. Deus legitima illa constituit, vt leges non sibi, sed hominibus daret: vnde quod præter illa ipse præcepit: non à transgressoribus, sed ab obedientibus impletum est. Sicut Abrahæ de immolando filio. Sic Helias extra tabernaculum Dñi ad cōuincēdos sacerdotes idolorū sacrificauit ex p̄cepto Dñi: q̄ hoc ei reuelatione, & inspiratione iussit. Quāq̄ tanta consuetudo prēter tabernaculum sacrificandi crebuerat: vt etiam Salomon in excellis sacrificasse inueniatur: nec eius sacrificium fuisse reprobatū: & tñ notantur reges, qui inter opera laudabilia non destruxerunt excelsa: vbi contra legem Dei populus sacrificare consueuerat. & qui destruxit, magis laudatur. Ita Deus consuetudinem populi sui: qua præter eius tabernaculum, tamen non diis alienis, offerebat: sed Deo suo, sustinebat potius, quàm vetabat etiam sic exaudiens offerentes. Quod autem Gedeon fecit per

Ge. 22. b

3. Reg. 18. f

2. Para. 1. d

NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Vade in hac for. tua. *quam habebis per assistentiam meam.*

b Et liberabis Israel, *non per teipsum, sed per me. ideo subditur,*

c Scito quòd mi, te. Qui respondens ait: Obsecro mi Domine in quo libe. *Cætera patent ex dictis.*

d Et il. *Hic consequenter datur signum Gedeoni, quòd vere angelus domini loquebatur ei. & hoc est quod petit, dicens.*

Iud. 13. b

e Da mihi &c. *f. missus ex parte Dei.*

f Ne recedas &c. *Nō est intelligendum, quod per hoc vellet offerre sacrificium ei, qui sibi apparebat, quod soli Deo est offerendum: cum adhuc ignoraret si esset propheta, vel angelus à Deo missus, sed quòd volebat experiri per signū à Deo datum in acceptione sacrificij per illum, qui sibi apparebat Deo offerendum si esset vere a Deo missus. Nec ī hoc peccauit. qa licet esset prohibitum offerre sacrificium extra locum vbi erat tabernaculum prout dictū fuit Iosue. xxij. hoc tamen intelligendum est, sicut ibidem dictū fuit de modo cōi, poterat tamen alibi offerri de speciali mandato Dei per angelum, vel prophetam loquentem in nomine Dei: quod iste Gedeō volebat experiri secundum illud. Probate spiritus si ex Deo sint.*

1 Ioha. 4. c

g Azymos. *Ex hoc dicit Hebræi, q̄ erat solēnitas paschalis, in qua Iudæi sępiē diebus vtuntur azymis. Sed hoc argumētum non valet: quia panes Domino oblati debebant esse azymi etiam aliis temporibus.*

h Tulit omnia sub quercu. *Non tanquàm ei sacrificans sed vt per eum offerretur Deo sacrificium: ideo sequitur postea.*

i Extendit angelus Domini sum. virgæ quam te. in ma. *tanquam offerens sacrificium.*

k Ascenditque &c. *in signum diuinæ acceptationis. Sequitur,*

D

¶ Heu me domine

ALLEGORICE.

Moraliter

nuel. Ipse Gedeon destruxit aram Baal, & nouum sacrificiū obtulit: vt in textu dicit. p qđ fuit significatū: q̄ Xps p se, & p discipulos idololatriā destrueret: & eucharistiæ sacrificiū instituēret, q̄ videmus esse cōpleta. Gedeō ēt sua ꝑce fecit rorē in vellus descendere. Per rorē aūt verbū prædicationis intelligit. iuxta illud. Fluat vt ros eloquiū meum. Vellus est vestimētū ouis: pp qđ signat populū Iudaicū, q̄ dicebat' grex ouiū dñi ante aduentum dñi. Per hoc āt, q̄ Gedeon rorē descendere fecit in vellus, significatum fuit, q̄ Chr̄s in ꝑsona ꝓpria erat tm̄ Iudæis ꝑdicaturus, pp qđ dicit, Nō sū missus nisi ad oues q̄ pierunt domus Israel. Tunc ēt dixit discipulis ad ꝑdicādū missis, In viā gētiū ne abieritis, sed potius ite ad oues q̄ pierūt domus Israel. Et hic ros ꝑdicationis fuit tm̄ ī Iudæa, q̄ p vellus significat', & Gētilitas fuit sicca, q̄ pareā significat'. Veruntñ qa postea Iudæa verbū Dei repulit, & Gētilitas illud deuote recepit, pp qđ Paulus, & Barnabas Iudæis cōstāter dixerūt, Vobis oportebat primū loq̄ verbū Dei: sed qm̄ repellitis illud, & idignos vos iudicatis ęternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes: sic. enim cepit nobis Deus. Et tunc fuit ros in area .i. in Gentilitate, & ficcitas in vellere. i. in Iudæa per vellus significata: vt dictum est.

Deu. 32. a

Matt. 15. a

Matt. 10. a

Ro. 1. c. cū scriptura

Act. 13. g

MORALITER.

Moraliter

Sup psa. 5. Psal. 57. a

✻ Aūt p Gedeonē studiosus ī sacra scriptura signāt. qa sicut dcm est: Gedeō circūiens in vtero interpretat'. Vterus aūr, in quo cōcipiunt & nutriunt' ecclesiæ filii specialiter literati, est sacra scriptura. Vñ sup illud Ps. Erra uerūt ab vtero, dicit Aug. i. à lege. Hūc aūt vterū circumit studiosus per diligentem inquisitionem. Iste etiam sicut alter Gedeon destruit aram Baal falsam doctrinam confutando: & aliam arcam construit, sanam doctrinam confirmando. Ipse etiam, Deo principaliter operante, ros diuini verbi influit in vellus, simplicibus Christianis prædicando qui per vellus significantur, & vellus rorare cessat, quando ex feruore deuotionis se transfert ad prædicandū infidelib. per areā significatis: & tuncros eius est in area, & nō in vellere: quia in duob. locis nō potest simul esse.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USALES

E catum est, sed de illa ignis memoratur exisse, quo sacrificium consumeretur. Siue enim per aquam, quam percussa petra effudit in eremo, siue per ignem donum spiritussancti significatur: quod ditissime super nos effudit Christus: vnde, Si quis sitit, veniat & bibat. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dixit de spiritu quem acceperuri erant credentes in eum. Et alibi Viæ sunt illis linguæ diuisæ velut ignis &c. Et ipse Dominus ait: Ignem veni mittere in terram.

Sap. Indic. cap 3.

a Tollesque . Isido. Quem pater idolis deputauit, hunc Gedeon occidit & alium septennem immolauit Deo, in quo ostendit post aduentum Christi, omnia Gentilitatis sacrificia abolenda: solumque iam sacrificium passionis Christi pro redemptione populi Deo offerendum. Ipse enim est vitulus septennis, plenus spiritu septiformi.

Orige Hom. 8. in Indic. in princ.

b Igitur. Adaman. Conuenerunt aduersum Israel Madianitę, qui interpretantur extra iudicium, qui s. extra iudicium Dei sunt, & extra legem peccauerunt, & extra legem peribunt. & Amalec id est populus ablingens, natio sterrena intenti & gulę dedita, carnalis. s. Israel conuenit contra spiritualem. Miscentur eis etiam filij orietis. Omnis enim qui super se nomen Christi suscipit, filius efficitur orientis. de Christo enim dicitur, Ecce vir oriens nomen est illi. Sed non semper qui Christi nomen habent in ecclesia Christi permanent, cum hæretici qui consentur nomine Christi, ecclesiam & fidem expugnant, filij orientis cum Madianitis & Amalec expugnant populum Dei cum paganis. s. & Iudæis.

c In valle Iezra. Adaman. Quæ interpretatur semen Dei. Non. n. audent aduersarij illuc ire, vbi sunt iam nati fructus spiritus, sed vbi adhuc semę Dei iacet, & nondum fructus ascendit. Aliud enim cecidit secus viam, & volucres cæli diripiunt illud, hi sunt scilicet, qui audiunt verbū Dei, & cum lætitia suscipiunt. Venit autem diabolus, & tollit verbum, vel semen de corde eorum. Sic ergo isti veniunt, & volunt tollere semen Dei de corde eorum, in quibus seminatū est, quia inueniunt eos in vallibus positos, & ima sectantes, humiliter enim, & indigne, & Iudaico intellectu suscipiunt verbum Dei. Qui autem ab humilitate literæ ad excelsa spiritus conscendit nihil ei rapiunt Madianitæ vel Amalecitæ, sed neque filij orientis, quia constitutus est in vertice intelligentiæ spiritualis.

Si saluum

NIC. DE LYRA.

¶ a Heu mi. *Ex hoc enim quod scriptum est, Non videbit me homo, & viuet: surrexit opinio inter vulgares, & simplices Iudæorum: quod homo videns Deum, vel angelum sibi apparentem in specie aliqua sensibili, deberet cito mori, quod non erat verum: ideo subditur:*

Exod. 33. d.

b Ne time. *hoc dicitur hic per anticipationem: quia non ædificauit illud, nisi post diuinam reuelationem: quæ habetur parte sequenti.*

c Cumque adhuc . esset in Ephra, quæ est familię Ezri, nocte illa dixit Dominus ad eum . Tolle aurū. *Hic consequenter datur Gedeoni mandatum patris sui idololatriam destruę di, cum dicitur:*

d Dixit do. *quidolo Baal sacrificari debebat.*

e Et alterum taurum. *i. impinguatum septem annis, vt idolo Baal sacrificetur.*

f Destruesque, *tanquam abominans idololatriam.*

g Et nemus, quod circa aram est succide: & ædificabis altare Domino Deo tuo in summitate petrę huius. *vbi homines exercebant luxuriā.*

h Et ędificabis altare Domino . *Istud est altare, de quo supra dictum est per anticipationem, quod patet ex hoc quod subditur.*

i In summitate petrę huius super quam ante sacrificium posuisti: tollesque taurum secundum. *impinguatum septem annis, vt prædictum est.*

l Et offeres holochaustum &c. *Ex prædictis patet: quòd ædificando altare alibi, quàm in loco tabernaculi, & offerendo ibi non peccauit, quia hoc fecit de speciali mandato Dei, vt patet ex prædictis. Catera patent vsque ibi:*

m Nunquid ultores estis Baal? *Hoc dixit, quia nolebat filium suum mori.*

n Qui aduersarius est eius. *Nō per hominem sed per ipsum Baal, si Deus est: quia potest se vindicare.*

o Ex illo die uocatus est Gedeon. &c. *Id est fortis contra Baal secundum proprietatem Hebraici sermonis: quia non vindicauit se de eo Baal, cum tamen destruxisset altare eius.*

p Igitur. omnes Madian & Amalec &c. *Hic consequenter datur Gedeoni duplex signum assequenti victoriam: & primo describitur belli præparatio, cum dicitur:* Igitur omnis Madian & Amalec *& patet itera. secundo subditur signi petitio, concessio ibi,*

q Dixitque. Gedeon &c. *Videtur quod Gedeon peccauerit petendo signum, cum iam esset certificatus, quod ille, qui sibi apparuerat, & victoriam promiserat, esset verus angelus Dei, vt patet ex prædictis. Ad quod dicendum, quòd quando petitur signum ex diffidentia post certificationem de nuntio Dei peccatum est. Sed quando petitur ex quadam familiaritate diuina, & voluntate, seu desiderio: vt manifestetur Dei gloria, tunc non est peccatum. Sicut Ezechias petiuit signum de sanitate sua futura: quam tamen annuntianerat ei Esaias propheta, vt habetur. iiii. Reg. & Esa. xxxviii. & hoc modo petiit Gedeon signum de victoria sibi futura, & patet litera hoc exposito.*

¶ cepto.

A *Orige Hom. 8. in Iudic. lege a prin.*

a Si sal. sa. Adam. Si saluum facis p manum meā Israel, quē admodū locutus es, Ecce ego sū, & ponā vellus lanæ in area, &c. Cū multa sint, & innumera signa, q̄ petere potuisset ad cō firmandā, p missionē Dei: q̄rit quare post angelicā vocē, & p missionē cęlestē hoc nouū signū petit: quo impetrato vellus

Deu. 6. c

ī pelī exprimit, quare cōcurio ordine fm signū deposcit, p̄sertim cū dictū sit: Non tentabis Dūm Deū tuū: Sed exitus rei docet nō esse factū ꝺ mandatū. Nō. n. exaudisset Deus petitionē, si fuisset ꝺ legē. Videda est ergo huiꝰ mysterij rō. Memini aūt q̄ndā ex p̄decessoribus nr̄is vellus lanę populū Israel dixisse. Reliquā aūt terrā reliquas gentes: & rorē, q̄ cecidit sup vellus, vrbū Dei esse, q̄d illi soli populo cælitus missū est. Supra solū. n. Israel ros diuini iegis venerat. Siccitas aūt oēs gentes habebat, quas nullus humor diuini verbi infundebat.

Vbi supra post med. Luc. 10. a Matth. 3. c vel philan Iohan. 13 a

b In area. Idē, Nō vbicūq;, nō in cāpo, nec in saltu, sed in area, vbi messis est, Messis q̄dē multa, operarij aūtē pauci. Prouidebat. n. p spiritū sanctū, qa Christus in area cōgregat ppm suū, & ibi eū expurgat tenēs ventilabrū in manu sua. Nō ergo sine cā vir tātus aut talis, cuius ēt Apls in catalogo, pphetarum facit mētionē: areā delegit ponēdo vel leri. Nec sine cā expressit vellus in peluim, & replenit eam aqua. Xp̄s. n. exuit vestimēta sua, & p̄cinctus lintheo misit aquā in peluim, & lauit pedes discipulorū. Vides ergo qa hęc adūbrabāt pphetę, q̄ erāt in nouissimis tpib. ipleuda p Chr̄m. Aqua ergo missa i peluim ros erat gr̄æ cęlestis: quo lauant pedes discipulorū. vñ ait: Vos aūt mūdi estis pp verbū, q̄d locutus sū vobis. Sed & nos si p̄beamus pedes nr̄os, paratus est

Ibidem b.

Iesus lauare pedes aīæ nr̄æ, & purgare eos cęlesti rore gr̄a spūs sācti, verbo doctrinæ, non. n. solos apostolos mūdos esse voluit: sed ēt oēs, q credūt p verbū eius, & oībus cū Petro dicit, Nisi lauero te non habebis partē mecū. Nemo. n. hēt partem cum Iesu, nisi lotus, & mūdus Exue precor Dñe vestimēta, q̄ pp me induisti, accingere pp me, mitte aq̄ in peluim, & laua pedes seruorū tuorū, dilue sordes filiorū tuorū, & filiarū, laua pedes aię nr̄ę, vt imitantes te & sectātes, exuamus nos vetera vestimēta, dicētes, Exui vestimētū meū, q̄uo induā illud? laui pedes meos, q̄uo sordidabo eos? Cum. n. laueris pedes meos, statim facies me recūbere tecū. & audire, Vos vocatis me magister, & Dñe, & bñ dicitis, sum etenim &c. Volo ergo lauare pedes fratrum meorum. Ideo haurio aquam de fontibus Israel, imō primo de Leuitico vellere, nunc de vellere libri Iudicum, vel lib. Regū, nūc de vellere Esa. vel Hiere. & mitto eā i peluī aīę meę, ꝓcipiēs sēsū i corde meo, & accipio pedes eorū q te p̄bēt ad lauādū, vt oēs purificati p verbū nō abijciamur de thalamo spōsi, p sordidis indumentis, sed candidis vestibus, lotis pedibus, mundo corde recūbamus in conuiuio spōsi Ieſu Christi.

C Can. 5. a Moraliter Iohan. 13. a

c Si ros in solo velle. &c. Aug. In tentatione Gedeonis, qd p̄nuntiare Dūs volebat, oūdit in cōpluto, s. vellere, & area tota circūquaq; sicca figurare primū ppm Isrl, vbi erāt sanctī cū gr̄a cęlesti tāq; pluuia spūali, & postea ꝓpluta area siccato vellere figurare ecclīā Dei toto orbe diffusā, hīntē nō i vellere tāq; i velamine, sed in aperto cę'estem gratiā, priore populo velut ab eiusdē gr̄ę rore alienato, atque siccato.

In qq. vet. test. q 49. lege & prim. libr. 7 in 4. & ser. 105 in fi. to. 10.

Allegor.

d Oro &c. Adam. In secūdi quoq; signi rōne i quo ait, vt s. oēm terrā ros descēdat, s. vellus autē siccitas maneat, vide oēm ppm hūc, q p oēm terrā ex gēti bus cōgregatus est, hīntē nūc i se rorē diuinū, & i os ei rore infundi, & pphetarū lr̄is irrorari, & euāgelico hūore vi rescere. Illud āt vellus i. Iudaicū ppm siccitatē verbi Dei patiētem fm illud, Erūt filii Isrl multo tpe sine rege, sine pricipe, sine ppheta &c. Propheta quoque aduētū Xp̄i describēs, ait, Descendet sicut pluuia i vellus, & sicut stillici. s. sup terrā. Descēdit. n. sicut pluuia in vellus populi circūcisionis, & sicut stilli. s. sup terrā. s. sup reliq̄ terrā descendit Xp̄s. Sed stillans etiā sup nos & guttas nobis gentib. cælestis roris afferēs, vt & nos bibamus q̄ eramus sup terrā iugi ariditate siccati. Hūc ergo mysterii ordinē sācti Gedeō pphetico spū ītuēs, ēt fm signū cōuersō ordine petit. Scie bat. n. rorē diuinū, q est aduct filij Dei, nō solū Iudeis, sed post ētigētib. ce futurū, qa ex incredulitate Isrl salus fit gētib. & hoc ē, q̄ p ariditate velleris vniuersa terra diuini roris gr̄a ifundit.

Orige. Hom. 8. in Iudic. ante med.

Ofee. 3. b

Psal. 71. a

NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Concham rore. *In Hebræo habetur bacinum.*

b Dixitque rur. *Similem modum loquendi habuit Abraham cum Domino quando voluit replicare petitionem suam ad salute Sodomorum:*

Gen. 18. d

c Si adhuc se. *Non accipitur hic tentatio prout tentatio Dei dicitur peccatum, quod est quando aliquis exponit se periculo volens per hoc experiri diuinum auxilium, cum tamen habeat, quid agere possit secundum viam humanam, sicut est probatio in duello, & tactus ferri candentis, qui merito reprobantur in iure canonico, sed accipitur hic tentatio pro petitione signi, procedente ex confidentia Dei, & gloria amplius manifestatur, vt supra. dictum est.*

In. c. 7. Iudicum, vbi dicitur in postilla. Angeli vero in sacra scriptura non vocantur prophetæ.

ADDITIO.

¶ *Licet cognitio angelorum, qua res in verbo cognoscunt: sit clara, & absque enigmate, ex hoc solo non sequeretur, quod non possent dici prophetæ nisi cum alio adiuncto, prout supra. prologum Psalterij Deo duce declarabitur &c.*

REPLICA.

¶ Circa librum Iudicum facit modicum Burgen. nisi circa ca. 7. vbi postillator dicit angelos in scripturis non dici prophetas propter claram visionem diuinæ essentiæ, Burgen. promittit super prologum Psalterii de hoc dicere. vide ibi correctorium.

GLOS. ORDINA.

CAP. VII.

Orige Hom. 9 sup. Iudi. non longe à princ.

Gitur Ierobaal. &c. Sequitur.

a Qui formi. Adam. Idem homo dicit amat Ieius, Qui timidꝰ, & formidolosus est corde, non veni-

-de nocte

NICOL. DE LYRA.

CAP. VII.

a Gitur Iero. *Postquam descripta est vocatio ducis: hic consequenter describitur modus certaminis. vbi primo ponitur concertatio pugnæ. secundo perfectio victoriæ, c. vij. Circa primum primo describitur bellatorum electio. secundo electorum assecuratio ibi: Castra autem Madian. tertio assecuratorum certatio*

ꝺ Deū: Si saluū facis p manū meā po-

a ¶ fid. Nō hoc signum quasi incredulus petijt, sed futura mysteria prudit, & diligēter explorat vt amplius credat mysterium, cum intellexerit oraculum.

pulū Israel, sicut locutus es: ꝓnam

a ¶ Populum Iudæorum.

b ¶ Vbi messis purganda erit, & palea a frumento separanda. ¶ Totius orbis. fm quo infructuoso cultu gentilis superstitio arebat.

b c hoc uellus lanæ in area. Si ros in solo

a ¶ Verbum Dei, quod factum est in tempore legis.

b ¶ Quia cæteras gētes nullus humor diuini eloq̄i irrigabat.

uellere fuerit, & in oī terra siccitas: sciā, q̄ p manū meā, sicut locutus es liberabis Israel. Factumq; est ita. Et

a ¶ Et Christus misit aquā in peluī: & lauit pedes discipulorū.

Et de nocte cōsurgēs, ex̄pressō uelle

a ¶ Cordis. b ¶ vellus verbi.

re † cōcha rore impleuit. Dixitque

a b rursus ad Dominum: Ne irascatur furor tuus contra me, si adhuc semel tentauero, signum quærens in

a ¶ Iudaicus populus. b ¶ Cum penerint. s. ues domus Israel, & fontem aquæ viuæ negauerint, arefcat in peccatoribus Iudæorum ros fidei.

ꝺ vellere. Oro vt solum vellus siccū

a ¶ Gentilitas. b Diuini verbi.

sit: & ōmnis terra rore madēs. Fecitque Dominus nocte illa, vt postulauerat: & fuit siccitas in solo vellere, & ros in omni terra.

CAP. VII.

Gif Ierobaal, q̄ & Gedeō de nocte ꝓsurgēs, & oīs populus cū eo venit ad fontē, q̄ vocat Harad. Erāt āt castra Madian in valle ad septentrionalem plagā collis excelsi. Dixitq; Dñs

a ¶ In bellis humanis numerosior exercitus præstat tutiora fiducia, sed non est ita in diuinis nō. n. clārā est diuinæ virtutis opus, si humanis adminiculis fulciatur. Non. n. fal uatur rex in multitudine virtutis suæ.

ad Gedeon: Multus tecum est populus, nec tradet Madiā in manꝰ eius, ne glorietꝰ cōtra me Israel, & dicat: meis viribus liberatus sum. Loquere ad populum: & cunctis audiētibus prędica: † Qui formidolo-

a ¶ victoriam meam sibi asscribat.

a certatio ibi: Diuisitque trecentos viros quarto adiutorum assotiatio ibi, Conclamantes. Circa primum sciendum, quòd Dominus voluit eligere bellatores in paruo numero, vt sibi victoria illa totaliter attribueretur: vt patet in textu. eliguntur igitur huiusmodi bellatores duplici signo. Primum est constantia mentalis cum dicitur,

b Qui formidolosus & timidus, *ita quòd solum*

MORALITER.

✻ *a Igitur.* Per quem vt dictum est Christus signatur, pergens ad prælium contra Madian, per quem vt prædictum est diabolus signatur. Primo suos bellatores examinat ad videndum, qui sunt aptiad sequendum ipsum, exciuduntur autem, timidi, cum dicitur,

Mor. 2.

b Qui for. & sic fuit i discipulis Christi, quo

✻ cum plures

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E de, non veniat ad me ad bella. ait.n. Qui non tollit crucē suam & sequitur me, non est me dignus, & qui nō odit patrē suum & matrem fratres, & sorores, & filios, insuper & animā suam, non est me dignus. Itē. Qui nō renuntiauerit omnibus, q̄ possidet, nō pōt esse meus discipulus. Sic timidos, & formidolosos, separat à suis castris. Miles ergo Christi timorem, & formidinem depellat, & confidenter dicat. Si consistāt ad uersum me castra, non timebit cor meū. Et Dominus illuminatio mea, & salus mea quem timebo? &c. Nō vos terreat ista malitia, quæ facile fideliter militātibus impleē. Solēt in his castris mulieres vincere, non corporis robore, sed fidei virtute. sicut Debora, & Iudith, & quā viri pdiderant patriæ reddidit salutem. Virgines quoq; prima ętate pro martyrio tyrannica pertulere tormenta. In his ergo, qui militant Deo, nō corporis, sed animæ fortitudo quæritur, quia non iaculis ferreis, sed orationū telis victoria acquiritur, & fides in certamine toleranda præbet. vñ. State ergo induti loricā iustitiæ, succincti lumbos in veritate, & galeam salutis accipite, & gladium spiritus, sup oīa scutum fidei &c. Sicut armati debem⁹ tollere vexilla crucis Xpi, & eū sequi. Si tū in pſecutione inferiorē te virbus q̄ tyrāni crudelitatē videris est in militia Christi dare locū iræ: de loco in locum fugere: nec tibi in hoc asciscitur militare commissum. vnde, Si persecuti vos fuerint in vna ciuitate fugite in aliam. Summa n. rei est. Iesum, quē semel confessus es. non negare. Confitēr autē. q̄ ꝓperea fugit ne neget. In Apocalypsi cū enumerantur qui in stagnū ignis mittēdi sunt cū infidelibus, & fornicatoribus, & veneficis timidi, & formidolosi computantur. Sic inter ingentia, & nephanda crimina timoris, & formidinis crimen ponitur. LXX Formidolosus est, qui quasi adolescente vitio anteq̄ videat mala, sola cogitatione terreī, gelidā p membra formidinem volutens, vt non tam conspectu malorum q̄ auditu & expectatione soluatur. Iō iuxta LXX. formidolosus corde dicitur, in corde. n & in interioribus animi defixum manet hoc vitium. Timidus aūt est, qui primo aspectu ad congressum trepidat, non tamen toto terretur, sed reparari, & animari denuo potest,

Matt. 10. d
Ibidem.
Psal. 26. a
Ibidem.
Ephes. 6. a
Matth. 10. e
Apoc. 19. d
Diffinitio formidolosi & timidus.

Origo. Hom. 9. in Iudic. vltra med.

a Adhuc popu. Adam. Adhuc populus multus est, depone eos ad aquam, & ibi eos ꝓbabo tibi. Vt video, qui primum reprobati sunt. nec in aquam descenderant, sed adhuc se catechumenos designabant, & intantum fortitudinis vitio deterriti sunt, vt nec ad lauacrū salutare descenderent. Ideo reprobati sunt. Hi verō secūdi veniūt ad aquā, vt ꝓbent ibi & dixit Dñs ad Gedeon: Quis quicūq; lāberit aquā in lingua sua, sicut lābit canis, statues eū deorsum &c. In oībus pene veterū gestis mysteria designantur ingentia, sicut hic. Qui enim descendūt ad aquam, id est ad baptismi gratiā, non debent procidere in terram, nec flectere genua, & cedere tētationibus futuris, sed sta re constanter, & remissas manus, & dissoluta genua erigere, & egressus rectos facere pedibus suis. Veniſtis ad aquā baptismi, hoc est tibi initium pugnę spiritualis. Si remissior fueris, si flecti facile potueris, quomō pugnabis? Quomodo stabis contra astutias diaboli? Ideo clamat Apostolus, State, & nolite iugo seruitutis iterū hęrere. Ille ergo probabilis, iste electus est, qui posti ad aquas baptismi venit, ad necessitates corporeas, & terrenas flecti nescit, qui vitijs non indulget, nec propter peccati sitim sternitur pronus.

Moraliter
Hebr. 11. e
Gala. 5. a

b Qui manu & lingua. Manu & lingua dicit eos aquam lambere, quia manu, & lingua debent operari milites Christi. i. opere, & verbo. Qui enim docet, & facit, magnus vocabitur in regno cęlorum. Similitudinem quoq; canis lambentis inducit, quia supra omnia cætera animalia amorē dicitur ꝓprio Dño seruare, nec terrore, nec iniurijs obliterari in eo fertur affectus Trecenti ergo sunt soli, qui sacramenti huius imaginem ferunt. Isti electi, probati, & ad victoriam consecrati, qui etiam ipso numeri sacramento, obtinere aduersarios possunt. Trecenti enim sunt qui tertio centeno multiplicātur, & perfectę trinitatis numerum ferunt.

Matth. 5. a
Canis fidelis.

c Fuit itaque numerus eorum qui manu ad os proiiciente aquas lamberant trecenti viri, omnis autem reliqua multitudo flexo polite bibe-
Iudic. 7. b
rat.

a ¶Quasi dicat certamina fortibus viris derelinquat, ne exemplum timoris, & formidinis cæteris præbeat.

sus & timidus est, rēuertatur. Recesseruntq̄ue de monte Galaad, *a ¶Cathechumeni. qui ante baptismum territi cedunt.* & reuersi sunt ex populo uiginti, & duo millia uirorum, & tatum decē millia remanserunt. Dixitq̄; Dominus ad Gedeon: Adhuc *a ¶Probandos.* populus multus est. Duc eos ad *a ¶Baptismi.* aquas, & ibi probabo illos: & de quo dixero tibi, vt tecum vadat, ipse pergat: quem ire prohibuero, reuertatur. Cumq̄; descendisset populus ad aquas, dixit Domi *a ¶id est opera.* nus ad Gedeon: Qui manu, & *a ¶id est verbo. b ¶Illi sunt qui rectitudinem doctrinæ hauriunt, & rectitudi, em operum non flectunt.* lingua lambuerint aquas, sicut *a ¶Qui super omnia animalia amant dominos suos.* solent cānes lambere, separabis *a ¶Dissoluti. in operibus.* eos seorsum: quī autem curuatis *a ¶Qui. non faciunt rectos gressus pedibus suis.* genibus biberint, in altera parte erunt. Fuit itaq; numerus eorū, q̄ manu ad os ꝓjciēte lāberant a- *a ¶In numero. Perfectæ trinitatis.* quas trecenti viri: omnis aūt reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait Dominꝰ ad Gedeon: In trecētis viris, qui lambuerunt

Deut. 20. a
Iudic. 6. b
Iudic. 6. c

Psal. 67. 13. Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Iudic. 5. b

nes. Aut vero istis p̄ceptū fuerat, vt hoc facerent sed cum ad bibendum descendissent ad aquam, multi genu flexo biberunt: quod facilius, & minore labore fieret. Pauci vero nō flexo genu se incuruauerūt, sed ut canes bibertunt, aquam manu in os iaciendo. Quorum numerus, quia trecenti erant, crucē significant propter litera, τ, tau Græcā. Per quod ēt gentes magis in crucifixum Xp̄m credituras p̄figuratū est: quia litera Græca est. Vñ Grecorū nomine Apostolus oēs gētes significat, dicens: Iudeo primū, & Greco, q̄a in linguis gētiū Græca ita excellit, vt p hāc oēs decēter signi ficetur. Hic numerus etiā in vernaculis Abrahæ aduertendus est: p quos fratrē ab hostib. liberauit: qñ eū Melchisedech magno mysterio benedixit. Qd̄. n. exuberant decem, & octo vī significari, quo tpe fieret. i. tertio, quod futurum erat sub grā. Nā primū est añ legē, f̄m sub lege, tertiū sub grā. Singula vero tpa senario significata sunt numero pp pfectionē, ter. n. seni decē, & octo sūt, vñ & mulier decē. & octo annos nēbat infirmitate, q̄ curuā saluator erexit. Nā q̄ isti ita probati sunt, vt similes in bibendo canib. dicerent, significat q̄ ptēptibilia, & ignobilia elegit Deus. Pro contēptu. n. habet canis. vñ: Nō est bonū sūmere panē filio rū, & mittere canib. Dauid quoq; tanq̄ contemptibilem, se canem appellat.

Roma. 1. b
Gene. 14. c
1. Reg. 24. c

a Percussit illud atq; subu. Greg. Dehoc bello per ꝓphetā dr: Iugū oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti sicut in die Madian. Eripiens. n. Gentilitatem dñs superauit iugum oneris eius, cū eam aduentu suo a diaboli seruitute liberauit. Superauit virgā humeri eius: cum percussione illius, q̄ ex pernicio opere grauiter deprimebat humano genere redēpto ꝓpescuit. Superauit sceptrū exactoris eius, cū regno diaboli, q̄ ꝓ peccatis debita pœnarū tributa exigebat, de corde fideliū destruxit. Aduētus ergo redēptoris huius pugnę victoriæ ꝓparat, q̄a in illa Gedeonis victoria designat. Gedeon nanq; significat redēptoris aduētū, de quo dr: Tollite portas principes vestras, & eleuamini portę æter. & introi. rex gloriæ. d. for. & p. d. po. in p̄lio. Hoc Gedeon opere & noīe ꝓpheta uit. Gedeon nāq̄ interꝑtat circumiēs in vtero. Christus. n. p maiestatis potētiam oīa circumiuit, sed p dispēsationis gram: in vterū virginis venit. quia sua dispensatione nos redimēs diuinitate cūcta ꝓplētēs, & humanitatē intra vterū sumēs i vtero incarnatus est, & clausus non est: q̄a intra vterū fuit p infirmitatis substātiā: & extra mūdū p maiestatis potētiā. Madian vero interpretatur de iudicio, hostes. n. eius repulsi sunt: non de iudicio repellentis, sed de iudicio iustè iudicantis: iō de iudicio vocañ quia alieni a grā redēptoris iustæ damnationis meritū etiam in nomine trahunt. Cōtra hos Gedeon cū trecētis pergit ad prælium. Solet in centenario plenitudo perfectionis intelligi. Quid ergo in trecentis nisi perfecta cognitio trinitatis? Cum his. n. Dominus aduersarios fidei destruxit: cū his ad prædicationis bella descendit, qui possunt diuina cognoscere, & de trinitate, quæ Deus est perfecte sentire. Notandum vero, est, quia trecentorū numerus in, τ, tau litera ꝓtinet, & per speciē crucis significatur, quę cruci speciem tenet, cui si per transuersam lineam id, quod in cruce eminet adderetur, non iam crucis species, sed ipsa crux esset. Quia ergo hic numerus in, τ, tau litera continetur, & per eam species crucis ostenditur merito in his trecentis Gedeonem sequentibus illi designantur, quibus dicitur Qui vult venire post me abneget semetipsum, & tol. cru. suam & se. me. Qui sequentes dominū tāto uerius crucem crucē tollunt. quanto acrius, & se edomant, & erga proximos charitatis compassione cruciantur. Vnde. Signa, τ, tau super frontes virorum gementium, & dolentium. Vel trecētis hoc significatur, q̄ ferrum hostium crucis ligno superetur.

Ephes. 1. a
Ezech. 9. b
b Diuisitque. Ducti sunt ad fluuium, vt aquas biberent, & q̄ eas flexis genibus hauserunt à belli intentione remoti sunt. Aquis enim doctrina sapientiæ, stante autem genu recta operatio designatur. Qui ergo dum aquas bibunt, genu flectunt a bello prohibētur, q̄a cūctis Xps ꝓ hostes fidei perfecit ad prælium, qui cum doctrinam haurīūt, rectitudinem operum non flectunt. Omnes enim tunc bibisse aquam, sed non omnes recto genu stetisse narrati sunt. Et reprobati sunt, qui bibendo genua flexerunt, quia non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores, quia enim dissolutio operum genuum curuatione signatur recte dicitur. Remissas manus, & dissoluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris. Igitur Christo duce ad bellum prodeunt, qui quod ore annūtiant, opere ostēdūt, q̄ fluenta doctrinæ spiritualiter hauriunt, nec tamen in prauis operibus carnaliter inflectūt. In tubis clamor prædicationum, in lampadibus claritas miraculorum, in lagenis fragilitas corporum, tales enim dux noster secum ad

Moraliter
Luc. 2. b
**cum sub Gedeone*
Heb. 11. d

prædicationis

NIC. DE LYRA.

¶ fatigati, & multum sitibundi, & ideo de exercitu fuerunt separati. Hebræi autem dicūt, q̄ hoc fuit, eo quod erant assueti curuare genua coram idolis, sed prima expositio est magis literalis.

a Sumptis itaq; pro numero cibarijs, & tubis omnem reliquam. *s. pro trecentis uiris electis ad prælium: quia residuum ciborum dimisit reuertentibus.*

b Castra au. *Hic consequenter describitur electorum assecuratio, & primo verbo diuino cū, dicitur.* Surge, & descende in castra, quia tradidi eos in manu tu. *Secundo ex somnio audito, & ideo subditur,*

c Et cum audieris, quid loquantur tunc confortabuntur manus tu. &c. *quod intelligitur de somnio audito, & interpretatione eius: quæ postea pronūciatur, cum dicitur:* Narrabat aliquis somnium proximo suo: & in hunc modum. *cuius forma subditur, cum dicitur:*

d Videbatur mihi quasi subci. panis ex. *per quem significabatur Gedeon, qui nullius reputationis erat in conspectu regum Madian: sicut panis subcinericius, & hordeaceus vilis est ex materia, & forma, & hoc est quod subditur in interpretatione, cum dicitur:* Non est hoc aliud nisi gla. Ge. &c.

e Cumq; audisset &c. *eo quòd inuenerat verbum confortatiuum: sicut ei dixerat Dominus: Tunc confortabuntur manus tuæ &c. & per hoc sciuit, quòd non erat somnium vanum: sed magis a Deo immissum ad confortationem Gedeonis, & sociorum eius: & ad desolationē aduersariorum ipsius, tales enim visiones, & interpretationes earum aliquando a Deo conceduntur etiam malis hominibus, sicut & prophetandi actus: prout habetur in pluribus locis sacræ scripturæ: vnde saluator dicit, Multi dicent mihi in illa die: nonne in nomine tuo prophetauimus &c. sequitur: Tunc confitebor illis: quia nū quam noui vos &c. Gedeon autem ex prædictis assecuratus de victoria, assecurauit socios suos*

Matth. 7. e

dicens, Surgite tradidit enim dominus in manus nostras Madian.

f Diuisitque. *Hic consequenter ponitur assecuratorum certatio, cum dicitur.* Diuisitque trecentos uiros in tres. *vt sic inuaderent exercitum aduersariorum per tres partes: quasi essent tres exercitus*

NIC. DE LYRA.

¶ solum constantes, & impauidi ad prælium remanerent. vnde subditur.

a Recesseruntque de monte Galaad &c. *Ille mons non est ille, qui est vltra Iordanem, vbi Laban comprehendit Iacob: vt habetur Genes. sed est alius mons in terra promissionis, qui similiter nominatur. Secundo eliguntur signo potentiæ corporalis ibi:*

Gen. 31. c

b Adhuc populus multus est, duc eos ad aquas &c. *Non est intelligendum, quòd Deus probet aliquem vel aliquos ad cognoscendum aliquid sibi ignotum, sed vt cognoscatur ab alijs.*

c Qui manu, & lingua lambuerint aquas. *Hoc erat signum, quòd non erant multum sitibundi, quia sufficiebat eis accipere modicum de aqua cum manu, & proiicere ad os: magis per modum refrigerationis, & lotionis, quam per modum potationis. Signum etiam erat, quod non erāt multum fatigati: quia nolebant ad terram procumbere, sed statim transire. & econtrario in illis, qui biberunt curuatis genibus ad terrā, vt effunderent se super aquā ad bibendū in magna copia, signū erat, q̄ erant*

¶ *fatigati, &*

MORALITER.

Mor. d. Ioan. 6. g

rum plures diuerunt: Durus est hic fermo: & quis potest eum audire, & subditur: Ex hoc autem multi discipulorum eius abierunt retrò. Et sic est de Christianis carnalibus, qui non possunt eum sequi per viam austeritatis & pœnitentiæ. Secundo examinauit Gedeon bellatores per modum potationis, cum dicitur:

Victoria Christi in tribus

c *Qui. ma. &.* per illos enim, qui biberunt aquas flexo poplite: significantur illi, qui adhauriendum huius mundi bona sunt nimis effusi. & illi non sunt apti ad sequendum Christum per uiam pauperatis, & sufficientiæ. per illos autem qui biberunt manu aquam ad os proiiciente, significantur illi, qui de bonis huius mundi accipiunt quantum sufficit ad necessitatem. & illi sunt apti ad sequendum Christum in bello contra diabolum. Propter quod dicit Apostolus, Deponentes omne pondus, & circunstans non peccatum curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum. Pondus autem impediens est superabundantia temporalium. Gregor. Terrena namque substantia pondus est non subsidium. Isti vero cum Christo vadunt ad prælium, & vincunt in tribus, scilicet in fractione lagenarum, per quam significatur carnis maceratio, per quam caro nostra, quæ terrena est a Domino conteritur, & spiritui subiugatur, propter quod dicit saluator, Si quis uult post me venire abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me, Et in incensione lampadarum, per quam significatur exemplaris operatio. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Quod exponens Gregor. dixit. i. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus & tales sunt apti ad sequelam Christi Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Et in sonatione tubarum, per quam significatur sonus prædicationis Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum &c. Et hoc modo prædicabat Christus per Gedeonem significatus, In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat, Si quis sitit, veniat ad me. & bibat. Et hunc modum prædicandi secuti sunt prædicatores euangelio, propter quod prædicant populis stando, & clamando.

Hebr. 12. a
Hom. 37. in euange. in princ. to. 2.
Matt. 16. d
Luc. 12. d
Hom. 13. in euang. post princ. to. 2.
Iohan. 8. b
Esa 58. a
Iohan. 7. f
Luc. 9. c

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA CARROS USALES

E predicationis plium duxit: q despecta salute corporum hostes moricdo prosternerent: eorumq; gladios nō armis, sed patientia superarent. Armati .n. venerunt sub duce filio ad prælium martyres Christi. i. tubis, lagenis, & lāpadibus. Tubis sonāt dum p̄dicant, p̄fringunt lagenas, dum soluēda in passione corpora hostilibus gladijs opponunt, fulgent lampadibus, dum post solutionem corporum miraculis coruscant. Moxq; hostes in fugā conuersi sunt: quia dum mortuorum martyrum corpora miraculis coruscare cōspiciunt, luce veritatis fracti quod impugnabant crediderunt. Cecinerunt ergo tubis, vt lagenæ frangerentur, lagenæ fractæ sunt, vt lampades apparerent. Apparuerunt lampades vt hostes in fugam verterentur: id est prædicatue fūt martyres, donec eorū corpora solucrentur. q̄ soluta sunt, vt miraculis coruscarēt: coruscauerūt, vt hostes ex diuina luce, prosternerēt, ne erecti, Deo resisterent, sed cum subditi formidarent Et notandum q̄ stetерunt hostes ante lagenas: fugerūt ante lampades, quia persecutores fidei prædicatorib. adhuc in corpore positis restiterunt. Post solutionem vero corporum apparentibus miraculis in fugam versi sunt: quia pastore territi a persecutione fidelium cessauerunt: prædicatione. f. tubarum fractis lagenis corporum timuerunt, vtilis lampadibus miraculorum. Notandum etiam, quod ibi scriptum est. q. a in dextera tubas, in sinistra aūt lagenas tenuerunt: pro dextro .n. habere dicimur quicquid pro magno pensamus: pro sinistro vero qđ p nihilo. Bene aūt in dextera tubas, in sinistra tenuerunt lagenas: qa X̄pi martyres pro magno hūt prædicationis gratiam: corporum vero vtilitatem p nihilo, vel pro minimo. Quisquis vero plus facit vtilitatem corporis, quam gratiam predicationis: in sinistra tubā, in dextera tenet lagenam.

†infra. 9. f

†ecentum

Moraliter

F

†uel ad litteram Origē Hom. 8. in Iudic. super sta. †Congregati

a Et hydrias confregiſſ. Adam. Hydrias portant, & lampades, & buccinas corneas in manibus: & sic venerunt ad illā innumerabilē hostium multitudinē: in quibus erant cameli sicut arena maris, & cum venissent ad bellum: buccinis corneis insonuerunt, & dimiserūt hydrias de manibus, & contritæ sunt. Tunc vero arreptis lampadibus prorupūt in aduersarios, & simul buccinis concrepant. Vide quomodo electi milites Dei cum lampadib. pugnant. Sic .n. Christus cos armauerat, dicēs: Sint lumbi vestri precincti: & lucernæ ardētes in manib. vestris. Et: Sic fulgeat lux vestra corā hōib. vt videant opera vestra bona

†Esa. 10. f †Congregatusque est Luce. 12. a Matth 5. b † prie pes †Isa. 10. f Psal. 82. c

a ¶Predicationis.

tes, & dedit tubās in manibus eorū, a

a FCorpora. b ¶Fulgorem miraculorum.

lāgenasque vacuas, ac lāmpades in b medio lagenarum. Et dixit ad eos:

¶Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exēplum, vt sequamur vestigia eius.

† Quod me facere uideritis, hoc facite. Ingrediar †partem castrorum, & quod fecero, sectamini. Quan-

a ¶Prædicatio. b ¶Opere: quia opus non decet dissentire a prædicatione.

do personuerit tuba in mānu mea, uos quoque per castrorum circum

a ¶Aug. Quia id. f. iebat quod placeret Domino, & Gedeoni.

itum clangite, & conclamate, Dómino, & Gedeoni. Ingressusque est Gedeon †& trecenti uiri, qui erant cū eo in partem castrorum, incipientibus vigiliis noctis mediæ, & custodibus suscitatis cœperunt buccinis clangere, & complodere inter se lagenas. Cumque per gyrum castrorum in tribus personarent locis, & hydrias confregissent, tenuerunt si-

a ¶Quia pro minimo habet vtilitatem corporum, pro magno autem prædicationum gratiam.

nistris manibus lampades, & dextris sonantes tubas: clamauerūtque; d Gladius Domini, & Gedeonis: stātes singuli in loco suo per circumitum castrorum hostium. Omnia itaque castra turbata sunt, & uoci ferantes vlulantesq; fugerunt: et nihilominus insistebant trecenti uiri buccinis personantes. Immisitq; Dominus gladium in omnibus castris, & mutua se cæde truncabāt fugiētes vsq; ad Bethseta*, & †crepidinem Abelme ula in Thebbath. †Concla mantes aūt viri Israel de Nephthali, et Aser & omni Manasse, persequebātur Madian. Misitque Gedeon nuntios in omnem montem Ephraim dicens: Descendite in occursum Madian, & occupate aquas usque Bethbera, atque Iordanem. † Clamauitque omnis Ephraim & præoccupauit aquas, atque Iordanem usque Bethbera. †Apprehensosque duos † viros Madian, Oreb & Zeb: interfecit Oreb in petra Oreb: Zeb: e uerò in torculari Zeb. Et persecuti sunt Madian, capita Oreb, & Zeb portantes ad Gedeon trans fluēta Iordani.

bā in manu dextera, & lampadē, i faculam ardentem in sinistra manu, quæ non posset de facili extingui, & lagenæ vacuæ erant desuper includentes faculas, ita quòd lumen non posset videri, propter quod videtur, quòd orificia lagenarum essent inferius versus manus tenentium faculas. Et buccinante Gedeone trecenti viri in tribus partibus circa exercitum hostium confregerunt lagenas: & sic subito apparuit lumen inclusum, & cęperunt clamare: Gladius domini, & Gedeonis, & buccinare: & sic ex terribili sonitu confractionis lagenarum, & clamoris hominum, & sonitu tubarum, & subita apparitione luminis, fuit territus exercitus hostium, & ita turbatus, quòd vnus interficiebat alium, credens percutere aduersarium: & sic fuerunt aduersarij debellati, & ex prædictis patet litera paucis exceptis, quæ aliter narrat.

† extremū

b *Ac lampa. i. faculas ardētes vel torticea, vel aliqua huiusmodi, quæ non possent de facili extingui.*

c *Incipientibus vi &c. Ita quòd illi qui vigilauerant pro custodia exercitus erant fatigati: & deponebant arma, vt dormirent: & alij, qui debebant eis succedere in vigilia non dum erant armati: & sic fuerunt citius stupefacti.*

d *Clamau. Hic consequenter ponitur aduitorum associatio, quia filij Israel, qui non erāt in prælio videntes aduersarios fugere, insecuti sunt eos (quia vulgariter dicitur: si est, qui fugiat, satis inuenitur, qui insequitur) & interfecerunt eos, præoccupātes loca per quæ poterant Iordanem transire, & patet litera vsque ibi.*

e *In pe. Oreb. Ista nō est petra Oreb de qua Moyses eduxit aquam: vt habetur Exod. quia il' a non est in terra promissionis: sed in deserto. Ista autem est in terra promissionis. Sed aliter scribuntur in Hebræo: quia illa incipit per literam he הרב: ista autem per literam עין ain & nominata est ista petra Oreb: qa Oreb fuit iuxta illam interfectus.*

Exod. 17. b

H

f *Capita Oreb, & Zeb portantes ad Gedeon tran. id est post Gedeon transierunt Iordanem ad persequendum aduersarios: de quo transitu habetur ca. sequenti. Et ideo illud, quod dicitur hic de ista portatione capitum vltra Iordanem dicitur per anticipationem: quia gesta non semper scribuntur eodem ordine, quo facta sunt. Quia sententia huius ca. breuis est, potest hic poni breuis moralitas. Ieroboal enim qui interpretatur fortis contra Baal, significat dominum nostrū Iesum Christum contra dæmonem fortissimum. Exercitus eius est populus Christianus, in hoc exercitu multus est populus: qa multi sunt vocati, pauci vero electi. Repudiatur aūt tanq̄ inepti ad plium contra uitia timidi, stibundi, & fatigati. i. timentes ad tremorē humanum, sitientes honorē mundanū: impotentes ad laborē, seu obsequiū diuinū. Et e contrario eliguntur apti ad prælium constantes in humanis terroribus, non curantes de mundanis honoribus, persecutantes in diuinis obsequijs, sen laboribus. Et isti vincunt confractione lagenarum, per sonationē tubarū, exclamatione vocū humanarū. Confractio lagenarū est carnis mortificatio: exclamatio vocū. i. deuota oratio: sonitus tubarū, sancta, & feruēs prædicatio: quibus aduersarius noster diabolus debellatur.*

* in Sarethath

MORAL.

Mat. 20. b

-atq. Iordanem † 22. q. 5. §. fin.

NICO. DE LYRA.

¶ *magni subito superuenientes: vt ex hoc exercitus terreretur sicut & factum fuit, vt patet ex sequentibus.*

a Et dedit tu. *Modus .n. pugnandi fuit talis: quia quilibet de trecentis viris habebat in*

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VIII.

a DIxerunt̄que. *Hic consequenter describitur victoriæ perfectio, ubi primo ponitur occasione huius victoriæ contentio, secundo malignorum derisio. ibi: Cumque uenissent tertio aduersariorum comprehensio, ibi: Zebee autem, & Salmana. quarto deri-*

† Cur hoc fecisti nobis

sorum punitio, ibi: Reuertensque de bello. quinto aduersariorum comprehensorum occisio, ibi: Dixitque ad Zebee, & Salmana. sexto prædæ diuisio, ibi, Dixerunt que. septimo sequens transgressio, ibi. Fecitque. Circa primum sciēdum, quòd Iacob patriarcha benedicens filijs Ioseph, Manasse, & Ephraim, præposuit Ephraim ipsi, Manasse, ut habetur Genes. Propter quod tribus Ephraim præponebat se tribui Manasse: Gedeon

Diuisio

CAP. VIII.

IXeruntque ad eum uiri Ephraim: † Quid est hoc quod facere voluisti, vt nos nō vo-

Gen. 48. c

¶ *autem*

A Stra bona. Talib. ergo lampadib. accensis debent pugnare Christi milites luce operum refulgentes. Buccina vero canit, qui de cęlestibus loquitur, de spiritualibus differit, & mysteria regni cœlorum reuelat. Ille de tuba loquitur, qui de magnis & maximis loquitur, qui scientiam Christi humanis auribus pandit. Cornea autem dicitur buccina, quia de sancto dicitur: Cornu eius exaltabit in gloria. Ideo cuiusque buccina dicitur cornea: quia multiplicem scientiā Christi & crucis eius quæ in cornu significatur, differit sacramenta. Hac ergo buccina militantes & pugnantes alienigenas vincimus: & hostes in fugam vertimus: etiam si fuerit multitudo eorum sicut locustæ. Locustis enim comparatur dæmonum multitudo, quibus neque in cęlo, neque in terris sedes est. Præcedebat ergo in hoc bello operum lux, & scientiæ & virtutis diuini verbi prædicatio. Pugnemus & nos in hymnis, & psalmis, & canticis spiritualibus concinentes, & clamantes ad Dominum, vt ab ipso victoriam consequi mereamur.

-& propè vim inferentes

Psal. 111. b

Moraliter

Stra Fecitque

NIC. DE LYRA.

¶ *autem erat de tribu Manasse: vt patet ex dictis. supra cap. vi. & ideo isti de Ephraim fuerunt indignati de hoc, quòd Gedeō posset de victoria præ ipsis gloriari: ideo volebant contra ipsum contendere, & pugnare. secundum quod dicitur.*

a Iurgantes. *Quod videns Gedeon maluit eis gloriam victoria tribuere, ne seditio moueretur inter eos, dicens:*

B

b Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis? *quasi dicat vobis est attribuenda victoria, & non mihi. Ad quod rationem apparentem inducit dicens:*

c Nonne melior. *Loquitur parabolicè. Racemus enim continet pauca grana: vindemia autem multa. Per hoc igitur significat, quòd paucæ personæ captæ, & occisæ a filijs Ephraim, erant maioris ponderis, quam multitudo victa, & occisa ab exercitu, qui erat cum Gedeone, quam denominat Abiezer, cuius domum vocauerat ad prælium: vt patet ex supradictis capit. vi. vt sic ex humilitate etiam non adscribat sibi victoriam dictę multitudinis. sed alteri. Vel potius, quia ipse Gedeon erat de familia Abiezer: & ideo factum illud non attribuit sibi: sed toti familiæ ab Abiezer denominate. Quod autem paucæ personæ captæ a filijs Ephraim essent maioris ponderis, designat cum sequenter dicitur:*

Prou. 15. a

d In manus vestras do. tradi. *ideſt spiritus superbię: quia non quærebant nisi gloriam victoriæ. Ex hoc autem loco, & forte similibus accepit postea Salomon parabolam: Responsio mollis frangit iram: sermo autem durus suscitat furorem.*

e Cumque venisset Gedeon ad Iordanem, transiuit eum cum trecentis uiris qui secū. *Hic consequenter describitur Gedeonis iniusta derisio, quia cum peteret refectionem ab illis, qui erant de populo Israel, vt posset persequi aduersarios fugientes: non solum non dederit, sed etiam derisorię responderunt. & patet litera vsque ibi.*

f Dixitque ad uiros Socoth. *Socoth non est hic nomen mansionis filiorum Israel in exitu eorum de Aegypto: quia locus ille est in Aegypto: vt habetur Nume. sed est locus vbi Iacob recedens ab Esau post confœderationem fixit tabernaculum: & appellauit nomen illius loci Socoth: vt habetur Gene. & erat locus ille propè Iordanem.*

Num 33. a

Gen. 33. d

g Date

cares, cum ad pugnam pergeres contra Madian: iurgantes fortiter, & propè vim inferentes: Quibus ille respondit: Quid enim tale facere potui, quale uos fecistis? Nonne melior est racemus Ephraim vindemijs Abiezer? In manus uestras Dominus tradidit principes Madian, Oreb, & Zeb. Quid tale facere potui, quale uos fecistis? Quod cùm locutus esset, requieuit spiritus eorum, quo tumebant contra eum. Cumque venisset Gedeon ad Iordanem, transiuit eum cum trecentis uiris, qui secum erant, & præ lassitudine fugientes persequi non poterant. Dixitque ad uiros Socoth: Date obsecro panes populo, qui mecum est, quia valde defecerunt, ut possimus persequi Zebee, & Salmana reges Madian. Responderunt principes Socoth: Forsitan palmę manuum Zebee, & Salmana in manu tua sunt, & idcirco postulas, ut demus exercitui tuo panes. Quibus ille ait: Cum ergo tradiderit Dominus Zebee, & Salmana in manus meas, & cum reuersus fuero uictor in pace, cōteram carnes uestras cum spinis, tribulisq; deserti. Et inde conscendens uenit in Phanuel, locutusq; est ad uiros illius loci similia. Cui, & illi responderunt, sicut responderant uiri Socoth. Dixit itaque eis: Cùm reuersus fuero uictor in pace, destruam turrim hanc. Zebee autē, & Salmana requiescebant* cum omni exercitu suo. Quinde cim enim millia uiri remanserant ex omnibus turmis orientalium populorum, cæsis centum uiginti millibus bellatorum, & educentium gladium. Ascendensque Gedeon per uiam eorum qui in tabernaculis morabantur ad orientalem partem Nobe, & Legbaa percussit castra hostium, qui securi erant, & nihil aduersi suspicabatur, fugeruntq; Zebee, & Salmana, quos persequens Gedeon comprehēdit turbato omni exercitu corū; Reuertensq; de bello † ante solis ortum, apprehendit puerum de uiris Socoth, interrogauitq; eum nomina principum, & seniorum So-

g Date obsecro panes. *Confidenter petebat ab eis, quia erant de filijs Israel.*

h Responderunt principes Socoth. *negatiue & derisorie.*

i Forsitan palmæ manuum. *ideſt iam tenes eos captos, & ideo merito Gedeon respondit:*

k Conteram carnes. *in pœnam debitam huius iniuriæ.*

l Et inde. *locus est, vbi Iacob luctatus fuit cum angelo: & ideo vocauit nomen loci illius Phanuel. Et viri Phanuel responderunt derisorie sicut & præcedentes.*

Gen. 32. g

✻ hypocritas habentes speciem religiositatis propter quæstum, & non propter Christum, & sic faciunt Christo barbam de straminibus secundum æstimationem malorum. & sic dicitur.

Moraliter

a *Decepisti me & ipsa &c.* Per talem vero modum loquendi dixit Hiere. Seduxisti me domine, & seductus sum. Hieremias enim erat propheta sanctus, & per consequens erat certus, quod Deus cum sit veritas prima, non potest aliquem seducere, nec ab aliquo posse seduci, & ideo cum dicebat, seduxisti me Domine &c. non loquebatur secundum æstimationem propriam, sed secundum dictem falsorum prophetarum, qui asserebant ipsum esse seductum, ut patet in pluribus capitulis Hiere. Moraliter autem per Iephte potest intelligi homo literatus, potens in scripturis, vt de Apollo dicitur qui fugiens molestias secularium, fugit ad religionis desertum. quod vocari potest terra Thob. id est bona, nam ibi percipiuntur consolationes diuinę. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius, & canet. Sed talis aliquando requiritur ad regimen ecclesiæ, sicut beatus Gregorius, & plures alii. & pro secularibus pugnat contra aduersarios orationibus, & doctrinis, sed aliquando post habitam victoriam occurrit ei filia, id est vana gloria, quæ solet in talibus consurgere. Dicitur autem talis gloria hominis filia, eo quod ex hominis fomite procedit, de qua debet dicere, *Decepisti me &c.* diminuendo meritum. *Et ipsa decepta es &c.* nam fortius insurgit ad ipsam immolandum per maiorem sui humilitatem,

Hiere. 20. i

Act. 18. f

Osee 2. c

NICOLAVS DE LYRA. C

duorum mensium. Cum igitur esset iudex populi & prudens homo non est verisimile, quin in tempore intermedio colloquium habuerit de voto suo cum sapientibus in lege, maxime cum votum suum iam esset diuulgatum, nullus autem talis sibi consuluisset votum suum implendum per oc cisionem filiæ innocentis, cum hoc sit manifestè contra præceptum legis, & contra intentionem legis vt patet ex prædictis. Et ideo verisimile videtur, quod a sapientibus fuerit sibi dictum, votum suum impleri debere per modum suprad ictum. Item Hebr. xi. Iephte ponitur in sanctorum catalogo, & ideo non videtur factum sic enorme asseri debere de illo, nisi ex sacra scriptura expressè haberetur. Sed dicetes sicut, & communiter dicitur, quod scriptura hoc expressè dicit sicut supra allegatum est, Reuersa est ad patrem suum, & fecit ei sicut vouerat. Ad quod dicendum, quod scriptura non dicit, quòd occiderit eam. sed quòd votum impleuerit, quod est intelligendum per modum licitum prout superius est expressum. imo si eam occidisset, nullo modo votum impleuisset, quia emissio voti non potest fieri nisi de bono, nec per consequens eius impletio, & ideo argumentum magis videtur ad oppositum. Item sic argues, hic scribitur: Dimitte me, ut plangam virginitatem meam. & postea subditur, Consuetudo seruata est, vt post anni circulum conueniant filiæ Israel, & plangant filiam Iephte, & ideo videtur, quòd fuerit occisa. Ad quod potest dici, quòd in principio Iephte credidit eam esse occidendam, & ipsa similiter audito verbo patris, & ideo dixit Dimitte me &c. sed antequam rediret Iephte mutauit propositum de consilio sapientum. Quod autem postea subditur, Consuetudo seruata est &c. Dicendum est, quòd hæc consuetudo facta est rationabiliter in memoriam filiæ Iephte, quæ parata fuit patri obedire vsque ad mortem corporalem & obedire vsq; ad mortem ciuilem, vel spiritualem, vt & reliquæ filiæ Israel docerentur obedire parentibus. Sed adhuc contra prædicta arguitur, quòd immolatio innocentis sit Deo accepta, sicut patet Gene. vbi Abraham commendatur de hoc, quòd voluit innocentem filium immolare. Ad quod dicendum, quòd non est simile, quia Abraham habuit de hoc præceptum diuinum vt habetur ibidem, Omnis autem homo quantũcunq; innocens debitor est mortis propter peccatum primorum parentũ ipsi Deo, qui hoc debitum potest repetere quandocunque vult, & quomodo vult, & ideo Abraham benefecit, Deo volens obedire in sui filij immolatione: sed quòd aliquis ex voto emisso voluntarie interficiat innocentem, est illicitum. Item contra prædicta arguitur, quia scribitur Gene. Crescite & multiplicamini. & Deut. Non erit apud te sterilis vtriusque sexus. Obseruatio vero virginitatis excludit multiplicationem prolis, ergo videtur, quod fuerit illicita tempore veteris legis, propter quod videtur inconuenienter dictum, quòd filia Iephte fuerit Domino consecrata, vel sacrificata per obseruationem virginitatis. Dicendum quòd illud præceptum, Crescite & multiplicamini &c. datum fuit Noe in exitu arcæ, quando erant paucæ personæ. s. octo tantum: quatuor viri, & quatuor mulieres, quia tunc genus humanum indigebat multiplicatione per carnalem generationem ordinatam ad diuinum cultum: & ideo multiplicato genere humano cessauit illud præceptum in particularibus personis, quia in communitate humani generis multi sunt proni ad generationis actum, per quos impletur præceptum communitati factum. Quod autem additur illud Deu. Non erit apud te sterilis &c. non est præceptum: vt patet inspicienti textum, sed est quædam promissio facta obseruantibus legem matrimonij de fœcunditate prolis habenda: sicut etiã tempore euangelij multiplicatio prolis personis existentibus in matrimonio reputatur beneficium diuinum. Per hoc tamen non excluditur, quin obseruatio virginitatis sit Deo acceptior, quæ tamen reperitur in paucis personis propter quod dicit saluator. Sint eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cælorum qui potest capere capiat. q. d. pauci tales inueniuntur. Quod autẽ obseruatio virginitatis non solum tempore euangelij, sed etiam tempore veteris testa fuerit laudabilis & Deo accepta, patet per exempla, quia Helias propheta, qui fuit valde pfectus, & Deo acceptus virginitatem seruauit, sicut habetur ex verbis Greg. Rẽzias &c. 1. Machab. commendatur de hoc, q̃ propositum continentiæ tenuit. Beata etiam virgo Maria votum virginitatis emisit & sanctus Ioseph sponsus eius cum ea vt tenent doctores catholici. & tamen adhuc erat status veteris testamenti. Paulus etiam apostolus cum adhuc esset legis veteris æmulator, & euangelij persecutor virginitatem seruauit. & sic patet quod obseruatio virginitatis fuit Deo grata à tempore veteris legis.

Gen. 9. a
Deut. 7. c

Deut. 7. c

Matt. 19.

Hom 29. in euang. Ioãnis
2. Mac. 14. f

NICOL. DE LYRA. CAP XII.

CAP. XII.

†conuenit ait Ephraim

B

Diuisa

†Vir rixæ tui ego, & pons meus Heb.

†Cce autem. *Descripta tribulatione & modo liberationis, hic consequenter describitur impetus seditionis. Et primo huiusmodi seditio describitur. secundo tempus trium iudicum succincte subditur, ibi: Post hunc iu. Circa primum dicitur. Ecce autem &c. Illi enim de hac tribu erant superbi, & gloriæ mundanæ cupidi, propter causam dictam superius in prin. xij. c. & ideo dolebant de hoc, quòd victoria ipsi Iephte adscribebatur, qui non erat de eorum tribu, & ideo quærebant occasionem contra eum di.*

b Vo. nos &c. *mentiebantur, vt patet ex sequentibus, sed gratis quærebant occasionem dissensionis, & patet litera vsq; ibi.*

c Po. ani. &c. *i. necessitate vrgente exposui periculo vitam meam pugnando cum paucis contra filios Ammon sequitur.*

d Pugnabat &c. *cuius causa subditur.*

e Quia dixe. fu. &c. *quod exponunt aliqui de Iephte, qui fuit eiectus à fratribus suis, ut dictum est supra in prin. xi. ca sed illud quod sequitur de Ephraim, non bene consonat huic expositioni, quia non fuit de tribu Ephraim. & ideo melius exponitur de populo Galaad: de quo subditur.*

f Et habitat &c. *ly habitat non est in Hebræo sed sic habetur ibi: Fugitiuus est Galaad in medio Ephraim, & in medio Manasse. i. nullius momenti est, aut reputationis in comparatione ad hanc tribum, & ad illã, ut exponit Heb. Cætera patet vsq; ibi.*

g Dic er. &c. *Istud quod interpretat. spi. non est in Heb. sed appositum est a translatore. Hebræi autem dicunt, quòd schibboleth non accipitur hic in ista significatione, sed pro cursu, vel impetu aquæ, quod Gallice dicitur fil. Schibbolet. n. est nomen equitocũ ad vtrumq; videtur tamen magis, quòd hic accipiatur pro sensu, quẽ dicunt Heb. quia Ephraitæ petebant, vt permitteretur trãsire fluuiũ Iordanis, & ideo de hoc examinabant eos vtrũ essent de Ephraim, aut non. unde. s. dm Heb. sic dicebant eis: dic schibboleth. fluuiũ trãsibo.*

†Cce autem in Ephraim a
a Hoc ad vltimum iudicium referendũ est, secundum illud: Eos, qui noluerunt me regnare sibi, adduxite, & interfecite coram me.

orta est seditio. Nã transeuntes contra aquilonẽ dixerunt ad Iephte: Quare vadẽs ad pugnã contra filios Ammon, vocare nos b
noluisti, vt pergeremus tecum? Igitur incendemus domum tuam. Quibus ille respondit: † Disceptatio erat mihi, & populo meo contra filios Ammon ue hemens, vocauiq́ue vos, ut præberetis mihi auxiliũ, & facere noluistis. Quod cernens † posui animam meam in manibus meis, trãsiuiq; ad filios Ammõ, & tradidit eos Dñs i manus meas. Quid commerui, ut aduersum me consurgatis in pl̃ium? Vocatis itaq; ad se cunctis uiris de Galaad pugnabat contra Ephra d
im. Percusseruntq; uiri Galaad Ephraim, quia dixerat: † fugitiuus est Galaad e
de Ephraim, & habitat in medio Ephra f
im, & Manasse. Occupaueruntq́ue uiri Galaaditæ uada Iordanis, per q̃ Ephraim reuersurus erat. Cumq; uenisset ad ea de Ephraim numero fugiens, atque dixisset: Obsecro, ut me trãsire permittas; dicebant ei Galaaditæ: Nunquid Ephrathæus es? Quo dicente, non sum: g
interrogabant eũ, Dic ergo schibboleth, qđ interpretatur spica. Qui respondebat, h

h Quire. *Chebbolet. Ad cuius intellectum sciendum, quòd apud Heb. litera. s. duplicatur. una vocatur Schin, & habet formam simum ubicunq; ponatur, in principio, medio, uel fine dictionis sicut nostra. s. quando ponitur in principio dictionis, uel in fine. Alia vocatur Sameth, & habet talem sonum sicut nostra. s. quando pronuntiatur ab homine linguam blesam habente: & sonus eius appropinquat ad sonum literæ quæ apud nos sonat. c. pro qua litera in Latino ponitur ch, unde adhuc in antiquis abbatiis, quæ sequuntur modum pronuntiandi antiquũ sic pnũtiãt: dicẽdo Machbeus, ubi scribitur*

¶ *bitur*

MORALITER.

a *Ecce autem.* Per Ephraitas, qui interpretantur agentes, significantur clerici cupidi, qui non studeant nisi ad augẽdũ pecunias plites, & fraudes, & p plẽdas malo titulo acquirendas, & similiter per Ephraitas intelliguntur religiosi, pprietarij. Hos igit vocauit Xps p Iephte significatus ad pugnã cõtra diabolũ pcib. deuotis, & sãctis exhortationib. & doctrinis, sed ipsi noluerũt venire. Insup & domũ Iephte. i. ecclesiã Chri nituntur incendere igne cupiditatis, luxuriæ, & ambitionis. Sed p Galaaditas, q̃ acerui testimonii interpretant, cõsusibiliter debellant, p aceruos vero testimonii dicta sacræ scripturæ significatur, per quæ prædicti clerici, & religiosi viles, & confusibiles deciarãtur, & in transitu Iordanis. i. mortis, iugulantur iugulo mortis æternæ. Quod autẽ p Iordanis transitum mors significetur, patet, quia Iordanis riuus iudicij interpretatur. Totus vero decursus vitæ pra sentis est quidam defluxus vsq; ad transitum mortis, qui est particulare in dicium hois. Memor esto iudicij mei, sic. n. erit & tuum, mihi heri, & tibi hodie. Cã vero dictæ iugulationis est, eo q̃ in fine vitæ nõ pñt dicere schibboleth. i. spicã, q̃ absolute sũpta finat spicã granis bonis plenã. p q̃ signãt opa bona quo

Moral.

†obijcimẽ periculis Heb.

†abiecti ipsius Ephraim estis uos Galaaditæ in medio Ephraim, & in medio Manasse qđ interpretatur ipica Exo. 38. e

ũ defectũ patiũt, sed dicere pñt Chebboleth, q̃ interpretat spica pa-

leę, qa fm veritatẽ dici pñt spicę plenę paleis vãitatis, & ceno. loxię.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E GLOS. ORDIN. CAP. XII.

In qq vet q. 49. in fi. lib. 7. in 4.

Vdi itaque. *Aug.* Sicut illi duo menses propter. 50 dies lenarium numerum sex ætatum significãt, ita hic sexies septenarius ductus hoc idem figurat, quantum ad sex seculi ætates pertinet. sexies enim septem quadraginta duo sunt, nec frustra ipse Iephte sex annis populum iudicauit.

NIC. DE LYRA.

¶ bitur Matthæus. *Illi autem de Ephraim, vel per corruptionem linguæ, vel per consuetudinem, pro litera Schin pronuntiabant literam Samech: sicut homo blesus pro hoc nomine Simon diceret Chimon. ideo subditur.*

a Eadem his pi. *quia pro litera Schin pronuntiabat Samech.*

b Statim. *Per hoc sciẽtes, q̃ esset de Ephraim.*

c Post hunc. *Hic consequenter scribitur breuiter tempus trium iudicum, quorum primus fuit.*

d Abesan. *alias Abechsan de Bethlehem. Hebræi dicunt, quòd ille fuit Booz, secundus fuit Ahialon, tertius fuit Abdon.*

e Qui ha. quadra. *i. malos, f. secundum translationem, ly asinarum, non habetur in Hebræo, & per hoc intelliguntur equi iuuenes fortes & electi: sicut dictum fuit supra. vi. c. de filiis Iair.*

GLOS. ORDIN. CAP. XIII.

In l. Iudic. cap. 6

Vsitemque fi. Reb Erat autem. *Isido.* Samson habet quẽdã in typũ Christi, quòd. f. ab angelo natiuitas eius annuntiatur. Sic enim angelus Domini ait ad virginem Dei, Maria iuegra. apud Deum. Ecce concipies in vtero, & pa. fi. &c. Nazareus quoq; dicitur Samson. & de Christo dictum est, quoniam Nazareus vocabitur. Liberauit Sã

Luc 1. c Matth. 2. d

F son filios Israel de manu hostium, & Christus populum suum à peccatis eorum. Samson interpretatur sol eorum. & de Christo dictum est per prophetam. Orietur vobis sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius.

Malac. 4. a

c *Nec immundum. Aug.* Immundum est dissolutio disciplinæ, quæ esse cæperat in Israel, & iam ad ea manducanda eos labefecerat, quæ Deus in animalibus prohibuerat: iam enim etiam ad cultum trã sibant idolorum.

Vbi supra q. 52.

d *Quicum. Aug* Quod ait mulier dictum sibi ab angelo, quoniam Nazareus Dei erit puer a ventre vsque ad diem mortis suæ, non legitur ab angelo dictum. Et quod legitur dictum, Ipse incipiet saluum facere Israel de manu Philisthiim: non est à muliere memoratum. Aliquid ergo non dixit, quod audiuit, & tamen nihil credenda est dixisse, quod non audiuit; Sed scripturam potius non omnia verba angeli posuisse, cum ipsum mulieri loquentem inseret. Ideo autem dictum est a ventre vsq; ad diẽ mortis suæ, quia Nazarei dicebantur in lege vsq; ad tps, qui votum habebant, secũdum ea, q̃ scriptura per Moysen præceperat. vñ est hoc, quod huic iussum est, vt ferrum nõ

Num. 6. a

ascenderet in caput eius, vt vinum, & siceram non biberet: hoc. n. tota vita sua

Deut. 33. d

obseruauit Sãson, quod illi q̃ vocabant

Naza

tñs inter rogaui

NIC. DE LYRA. CAP. XIII.

Divisio † non indicauit mihi † Gen. 16. c Luc. 1. b

Vrsumque fi. *Hic describitur septima tribulatio, quæ facta est per Philistæos. Et primo ponitur tribulationis pondus. secundo liberationis modus, ibi, Erat autem quidam vir. Circa primum ponitur filiorum Israel culpa renouata, cum dicitur.*

a Rursusq; *& subditur pœna illicta, cũ dicitur*

c Qui

Sibboleth eadem litera spicam, exprimere † non valens: statimque apprehensum iugulabant, in ipso Iordanis transitu. Et ceciderunt in illo tempore de Ephra

* im quadraginta duo millia. Iudicauit itaq; Iephte Galaadites Israel sex annis, & mortuus est, ac sepultus in ciuitate sua Galaad. Post hunc iudicauit Israel Abesã

a de Bethlehem, qui habuit triginta filios, & totidem filias. Quas emittens foras maritis dedit, & eiusdem numeri filijs suis accepit uxores, introducẽs in domũ suam. Qui septem annis iudicauit Israel: mortuusq; est, ac sepultus in Bethlehem. Cui successit Ahialon Zabulonites, & iudicauit Israel decẽ annis, mortuusq; est, ac sepultus in * Zabulõ. Post hũc iudicauit Israel Abdõ filius

a Melius Helle-phara Thecuites.

Elẽl Pharaonites, q̃ habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes ascẽdentes super septuaginta pullos asinarũ: et iudicauit Israel octo annis: mortuusq; est, ac sepultus in Pharaton terræ Ephraim in monte Amalec.

CAP. XIII.

a Vrsumq; filij Israel fecerunt malum in cõspectu Domini, qui tradidit eos in manus Philisthinorum quadraginta annis. Erat autem quidã vir de Saraa, & de stirpe Dan, nomine Manue habens uxorem sterilem, cui apparuit Angelus Dñi, & dixit ad eam: Sterilis es, & absque liberis: sed concipies, & paries filium. Caue ergo ne bibas uinum, ac siceră, nec immũdũ quicq̃ comedas: † quia cõcipies, & paries filiũ, cuius nõ tanget caput nouacula. Erit. n. Nazaræus Dei ab infantia suæ, & ex matris utero: & ipse incipiet liberare Israel de manu Philisthinorũ. Quæ cũ uenisset ad maritũ suũ, dixit ei: uir Dei venit ad me hñs uultũ angelicum terribilis nimis. Quẽ † cũ iterrogassẽ, qs esset, & vñ uenisset, & quo noie uocaret, † noluit mihi dicere: sed hoc † mdit: † Ecce cipies, & paries filiũ. Caue ne uinũ bibas, nec siceră: & ne aliquo uescaris imundo. Erit. n. puer Nazaræus Dei ab infantia

* Augu. Hoc scriptura superius tacuit.

b Qui tra. *Isti quadraginta anni computantur a tempore Samsonis & Heli. quia per Samsonẽ non fuerunt filij Israel omnino liberati de seruitute Philisthinorum, licet restricta fuerit tyrannis eorum.*

† & non pcerat sis qui

c Erat. *Hic consequenter ponitur liberationis modus. vbi primo describitur ducis conditio. secundo inuasionis occasio. c. xiiii. tertio hostium debellatio. c. xv. ibi, Cui Samson respondit. quarto ipsius Samsonis mors & consummatio. c. xvi. Circa primum primo describitur ducis conceptio secundo eius natiuitas, & conditio ibi: Peperit. Circa primum sciendum, quòd mater Samsonis erat sterilis, & ideo non concepit eum virtute naturæ tantum, sed virtute naturæ per gratiam adiutæ. Circa quam gratiam primo describitur annuntiatio angeli, secundo relatio verbi, ibi: Quæ cum venisset ad maritum. tertio confirmatio facti ibi: Orauit itaq;. quarto oblatio sacrificij ibi: Dixitq; itaq; Manue. Circa primum ponitur conditio patris cum dicitur.*

d Vir de Saraa. *nomen est loci.*

e Et de stirpe. *vbi apparet eius cognatio.*

Habens. *In quo ostenditur impedimentum ex parte matris, vt conceptio pueri sit magis mirabilis. sequitur.*

g Caue. *Sicera dicitur oĩs potus inebriatiuus.*

h Nec immundum. *Iulla. q̃ dicuntur immũda ad esum secũdũ legẽ, put determinatur Leui. pro hibetur. n. cõedere, & bibere illa, q̃ prohibentur Nazarẽis, Nu. vi. cuius causa subditur.*

* Ahialõ in Leuit. 11. c Num. 6. 5

i Quia conci. *gratia adiuuante naturam.*

k Cuius non tan. *quia Nazarei tempore suæ consecrationis non poterant radi, vt habetur Nume. vi. c. Iste autem Samson fuit consecratus per totam uitam suam. ideo subditur.*

l Erit. n. Na. *Non est intelligẽdũ per hoc, q̃ fuerit sanctificatus in utero, sicut Iohannes Baptista. quia de talibus sanctificatis tenetur, q̃ nõ peccauerunt mortaliter. sed ista consecratio intelligitur q̃ donũ fortitudinis, q̃ fuit quãdam gratia gratis data, & post stare cum peccato mortali. sicut & donum prophetiæ. Et fuit data Samsoni pro consolatione populi, ideo subditur,*

H

m Et ipse incipiet liberare Israel. *Et dicitur incipiet, quia non liberauit complete, ut supra dictum est.*

n Quæ cum ve. *Hic consequenter describitur relatio uerbi, quia mulier ista retulit marito suo prædicta dicens.*

o Vir Dei uenit ad me. *i. angelus in specie uiri, ut. f. credebat tamen mulier, q̃ esset uere angelus, credebat tamen, quòd esset a Deo missus.*

p Habens vultum ange. *i. splendidum ultra consuetum hominum modum.*

q Terribilis nimis &c. *i uenerabilis, & reuerendus sicut Gene. dicitur: Quàm terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli. Catera patent ex dictis.*

Gen. 28. d

Orauit

MORALITER.

f *Rursumque filij &c.* In hoc capitulo agitur de cõceptione Sãsonis, & eius natiuitate ad liberandũ populũ Israel de manu Philisthinorũ. Per Sãsonẽ vero qui interpretatur sol eorum, significari pt dñs noster Iesus Christus de quo scribitur, Orietur vobis timentibus Deum sol iustitiæ. Et sicut conceptus Samsonis, ortus, & viuendi modus fuit per angelũ denuntiatus, vt dicitur in hoc ca. ita fuit de dño nostro Iesu Christo, Luc. 1. Per hoc aũt q̃ Samson vxorem nõ accepit de filiis Israel sed de Gentilibus, significatum fuit, q̃ Chs acceptarus erat de Gẽtilibus ecclesiam sibi sponsam relictis Iudæis, paucis cñ exceptis, qui sibi adhæserunt, quod autẽ modicũ est, frequenter non computatur, propter quod dixit dominus de Cẽtilitate, Vocabo non dilectam meam. Et Malach. Ab ortu solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus. Et hoc diffusè tractat Apostolus ad Roman. Moraliter autem per Samsonem signatur bonus doctor, uel prælatus, vita & doctrina sicut sol illuminãs ecclesiam. Et sicut de Samsone dicitur, q̃ nõ

Iu. Reg. 13

-infantia sua & ex Luc. 1.

Malac. 4. d

Osee 2. d

Malac. 2. d

† dixit -infantia sua & ex Rom. 9.

comedat

A Nazarei certis diebus obseruabant uouentes, uotumque reddentes.

In qq. vet. q. 53 lib. 7. num. 4.

a *Tulit itaque. Aug.* Quod dicit scriptura ignorãtie Manue, q̃ angelus domini est, manifestum est etiam vxorem eius hominem credidisse. Quod ergo ei dixit: uim faciamus nũc tibi: & faciamus in conspectu tuo hædũ caprarum, tanquam hominem inuitauit: f. vt hoc cum illo epularetur q̃d sacrificium fecisset. Nam facere hædum non solet dici, nisi cum sacrificium fit. Ille etiam ita respõdit: si vim feceris mihi, non manducabo de panibus tuis: vbi ostendit se ad epulas fuisse inuitatum. Deinde addidit: Et si feceris holocaustum, domino offeres illud: quia scilicet ille dixerat: faciamus in conspectu tuo hædum caprarũ. Non autem omne sacrificium holocaustum, nam holocausto non manducabantur: quia totum incendebatur, & iõ vocabatur holocaustũ. Sed angelus etiam non manducatu

† quod erit iudicium pueri, & opus eius Hebr.

rus holocaustũ, potius fieri monuit: non tamen sibi, sed domino, quia. f. Israel consueuerat illo tempore falsis dijs sacrificare, unde & tunc Deum offenderat, ut traderetur inimicis p xl. annos.

Moraliter lib 5. mor. cap 23. post prin. to 1.

b *Quod Greg.* Quid est, q̃ ad visionem angeli vir est timidus, mulier audax: nisi quando cælestia nobis monstrãtur, spiritus quidem patiore se concutit, sed tamen spes præsumit. Inde. n. spes ad maiora videnda se erigit, unde turbatur spiritus, qui ea, quæ super na sunt, prior videt. quia cum altiora secretorum cælestium sic leuata mẽs conspicit, cũcta humanarum virium

B soliditas contremiscit.

tardeschi aliquantulum

c *Morte morie. Augu.* Quid est, quòd postquã manifestatus est Manue, & vxori eius angelus, q̃ cum eis loq̃bat:

dicit Manue

NIC. DE LYRA.

¶ a Orauit. *Hic consequenter ponitur cõfirmatio facti per angelum secundo apparẽtem ad præces Manue, & patet litera paucis exceptis, quæ discurrentur.*

† Ge. 32. g

b Doceat nos. *Licet enim angelus dixisset mulieri a quibus cauere deberet: hoc tamẽ non dixerat de puero nascituro. ideo sequitur postea.*

c Ab omnibus. *quia hæc abstinentia iniũcta erat mulieri ratione pueri: & ideo multo fortius puer erat à talibus abstinendus, aliter tamen quam mater, quia cum esset Nazareus per totam uitam debebat seruare legem Nazareorum omnibus diebus uitæ suæ: mater autem usque ad natiuitatem pueri tantum.*

d Dixit itaque. *Hic consequenter ponitur oblatio sacrificij: Manue enim credebat eũ, qui ei loquebatur esse hominem: & ideo uoluit ei offerre prandium, dicens:*

e Faciamus. *i. præparemus tibi ad comedendum.*

f Hædum. *& per hoc intelliguntur alia in prandio necessaria, ut panis, & vinum, & similia.*

g Cui respon. *quia cibo non indigebat.*

h Si me cog. *si uelles me cogere, & non comederem.*

i Si. *i. illa, quæ attulisti ad honorem diuinũ incendere.*

k Offer illud. *pro beneficio, quod tibi ex parte eius annuntiani.*

l Et nescie. *quia talia non obtulisset ei ad comedendum: sed credebat, quòd esset propheta à Deo missus, & ideo non peccauit offerendo*

suã, & ex utero matris suæ vsque ad diem mortis suæ. Orauit itaque Manue

a Dominum, & ait: Obsecro Domine, vt vir Dei quem misisti, veniat iterum, & doceat nos, quid debeamus

b facere de puero, q̃ nascitur. est. Exaudiuitque Dominus deprecantem Manue, & apparuit rursum angelus Domini vxori eius sedẽti in agro. Manue autem maritus eius non erat cum ea. Quæ cum vidisset angelum, festinauit, & cucurrit ad virum suum, nuntiauitque ei dicens: Ecce apparuit mihi, vir, quem ante videram. Qui surrexit, & secutus est uxorẽ suam, uenienſque ad uirum dixit ei: Tu es, qui locutus es mulieri? Et ille respondit: Ego

c sum. Cui Manue: Quando, inquit sermo tuus fuerit expletus, † quid uis vt faciat puer, aut a quo se obseruare debebit? Dixitque angelus Domini ad Manue: Ab omnibus, quæ locutus sũ uxori tuæ, abstineat se: quicquid ex uinea nascitur non comedat, uinum, & siceram non bibat, nullo uescatur immundo, & quod ei præcepi, impleat, atque custodiat. Dixitque Manue ad

d angelum Domini: Obsecro te † ut acquiescas precibus meis, & faciamus ti

e bi hædum de capris. Cui respondit angelus: Si me † cogis, non comedam

f g panes tuos: si autem uis holocaustum facere, offer illud Domino.

h Et nesciebat Manue, quòd angelus

i Domini esset. Dixitque ad eum: Quod

k est tibi nomen, ut † si sermo tuus fuerit expletus, honoremus te? Cui ille

l respondit: † Cur quæris nomen meũ, quod est mirabile? Tulit itaque Manue hædum de capris, & libamenta:

m n & posuit super petram offerens Domino, qui facit mirabilia. Ipse autem, & uxor eius intuebantur. Cumque ascenderet flamma altaris in cælum, angelus Domini pariter flam-

o p q ma ascendit. Quod cum uidisset Manue, & vxor eius, proni ceciderunt in terram: & vltra eis non apparuit angelus Domini. Statimque intellexit Manue angelum Domini esse, & di-

r s xit ad uxorem suam: Morte moriemur, quia uidimus Dominum. Cui respondit mulier: Si Dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocaustum & libamenta non suscepisset nec ostendisset nobis hæc omnia, † ne

t que ea, quæ sunt uentura dixisset. Peperit itaq; filium, & uocauit nomen eius Samson. Creuitq; puer, & benedixit ei

u x Dñs: cepitq; spiritus Dñi † esse cũ eo in castris Dan, inter Saraa, & Esthaol.

offerendo sacrificium extra locum tabernaculi de præcepto, vel persuasione illius, qui erat nuntius Dei. Sequitur:

C

m Cur quæris nomen meum. *In Hebræo habetur: quod est celatum, vel ignotũ. Quod exponunt Hebræi, dicẽtes, quòd nomina angelorum, qui mittuntur in ministerium, variantur secundum legationes ad quas mittuntur. Vnde angelus, qui missus est ad purgandum labia Esaiæ cum calculo ardenti, nominatur ibi Seraphim. tamen non esset de ordine Seraphico. Angeli autem de futuris ad quæ mittendi sunt, non habent præcognitionem: nisi quando Deus reuelat eis: quæ reuelatio fit secundum formam suæ uoluntatis. Et ideo angelus dixit nomẽ suum esse occultum: quia nesciebat, ad quid de futuro mittendus erat. Alio modo potest exponi, quia secreta Dei, & angelorum non sunt hominibus reuelanda, nisi quantum Deo placent.*

Nominum angelorum varia

Isai. 6. b

n Tulit. *Id est liquida, quæ cum carnibus holocaustorum offerri solent,* Numeri xv.

Num. 15. a

o Et posuit. *vtens ea pro altari.*

p Offerens domino. *In Hebræo habetur: Offerens domino & mirabili, vel occulte ad faciendum: quia Manue non erat de genere sacerdotali: & ideo ad eum non pertinebat offerre sacrificium: sed obtulit materiam sacrificij, ei qui sibi loquebatur in nomine Dei, qui dixerat nomen suum esse mirabile, vel occultum: ut ex illa materia faceret Deo sacrificium, quia prophetæ loquentes in nomine domini poterant offerre autoritate eius sicut. & sacerdotes: sicut patet de Elia. Manue autem credebat eum, qui sibi apparebat esse prophetam domini, erat etiam plus quam propheta scilicet angelus.*

3. Reg. 18. d

† retardauerat

q Cumque ascenderet flamma. *Ex hoc videtur, quòd ex illo lapide processit ignis consumens holocaustum in signum diuinæ acceptationis.*

D

r Angelus domini pariter. *volens ostendere, quòd ipse esset uere Dei angelus ad certificationem verbi eius.*

s Morte moriemur, quia uidimus dominum. *Exponatur sicut supra. vi. c. de Gedeone.*

t Peperit itaque. *Hic consequenter describitur natiuitas pueri, & eius educatio, cum dicitur:*

u Creuitque puer, & benedixit ei dominus. *confirmando ei donum fortitudinis, & forte cum hoc gratiæ gratum facientis. unde sequitur,*

x Cœpitque spiritus domini esse cum eo in ca. *quia pro tunc illa tribus habitabat in tentoriis.*

MORALITER.

✻ comedat aliquid immundum: sic talis doctor, uel prælatus non incorporat sibi mortale peccatum. Similiter sicut de Samsone præcipitur, quòd non bibat aliquid inebriatiuum: sic doctor, vel prælatus non debet aliquid agere quod sit extra mensuram rationis rectæ. Ebrietas. n. dicitur ab, e, quod est extra, & bria, quod est mensura. Samson etiam accepit uxorem de filiabus Philisthinorum, ut per hoc sibi daretur occasio pugnandi contra eos, ut habetur in textu. Sic bonus doctor, uel prælatus accipit sibi sapientiam Gentilium philosophorum, quę dicit potest eius uxor. Nam de sapientia dicitur. Hanc

Moraliter

† & simtos non audiqueſui mihi sponsam assumere, & per ipsam habet occasionem pugnandi contra infideles, & hereticos, qui rationibus sophisticis inuoluunt catholicos simplices sapientiam philosophicam ignorantes.

Sap. 8. 4 † roborare eam

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA CREDOS USALE

dicit Manue vxori: morte moriemur &c. Pro eo scilicet, qđ
E scriptum est: Nemo potest faciem meã videre, & viuere. Opi-
Exod. 33 d nabantur ergo vt homines Deum, se vidisse, tanto vtiq; miraculo facto, ꝙ in igne sacrificii stetit, q cũ illis prius quasi hõ loquebat. Sed Deũ i angelo añ Deũ ipsum angelũ appellabãt: sic.n. scriptũ est: Et sumpsit Manue hędũ caprarũ, & fecit sacrificiũ: & obtulit supra petrã dño mirabilia facienti: & Manue & vxor eius expectabãt &c. His ergo verbis, qa nõ dixit: morte moriemur,
Supra eodẽ qa vidimus angelũ dñi. sed Deum vidimus oriẽ quæstio: Vtrum in angelo intelligebãt Deũ. Illud. n. tertiũ, ꝙ Deum putauerãt, q erat angelus dici nõ põt apQuæstio tẽ dicẽte scriptura: Tũc cognouit qa angelus dñi est, sed vñ metuebãt mortem? Nõ. n. scriptũ erat: Nemo videt faciẽ angeli, & viuet. An vel in hoc ipso ꝙ in angeli pñtia Deũ cognouerat, Manue ita turbatus est, vt mortem timeret? Qđ aũt illi vxor rñdit: Si vellet dñs mortificare nos, nõ accepisset de manu nr̃a holocausta & sacrificiũ, nec illuminasset hęc omnia: sed audita fecisset hæc nobis: vtrũ ipsum angelũ crediderũt accepisse sacrificiũ: qa viderũt eũ in flamma altaris stetisse: an ꝙ hoc intellexerũt accepisse dominũ: qa hoc fecit angelus, vt se ostẽderet angelũ? Quodlibet horum sit, iam angelus dixerat. Si autẽ facis holocaustũ, dño offer illud: hoc est ñ mihi, sed dño. Qđ ergo stetit angelus in altaris flãma, magis intelligẽdus est significasse illum magni consilij angelũ in forma serui. i ī homine, quem susceperurus erat, nõ acceptурum sacrificium, sed ipsum sacrificium futurum.

GLOS. ORDINA. CAP. XIIII.

Descendit. Sequitur.

Sup. 1. Iud. cap. 8. F *a Descen. Isid.* Sãson cũ ad alienigenas tenderet cã petẽdæ vxoris, leonẽ occidit. & Xps
Mystice ecclesiã vocaturus de gentib. diabolum
†Thãath vicit, q ait: Gaudete, quia ego vici mun-
Johan. 16. g dum. Ex ore leonis occisi fauus extrahi-
-seuus tur: quia vt conspicimus reges terreni re-
†Tranfuit gni, qui contra Christum ante fremuerant iam perempta feritate dulcedinem euangelij pdicant, & munimẽta pbent.

Percussitque eos

NIC. DE LY. CAP. XIIII.

Descendit. *Hic consequenter describitur occasio inuasionis Philisthinorum, quæ occasio data est Samsoni ex acceptione vxoris de Philisthæis: vt patebit ex sequentib. Et ideo circa hoc primo describitur dicta vxoris petitio. secundo petitę desponsatio, ibi: Descendit itaq;. tertio desponsati acceptio, ibi: Et post aliquot dies. quarto inuasionis occasio, ibi: Cum igitur ciues. Circa primum dicitur:*
†eorpore Descen. *villa est Philisthinorum ad quam venit Sãson ad videndum festum, quod faciebant Philisthæi, quibus seruiebant Hebræi sub tributo: propter quod secure poterant ad loca eorum declinare.*
b Nunquid. *hoc dicebant parentes Sansonis: quia prohibitum est Deu. ne contrahant matrimonia cum alienigenis. Ideo subditur,*
Deut. 7. a c Paren. *Ex hoc aũt ꝙ scriptura excludit parẽtes Sansonis tantũ ab hac notitia, videtur quòd Samson cognouerit per reuelationem voluntatẽ domini circa hoc: aliter enim peccasset si mulierem alienigenam accepisset vxorem: nisi sciret domini voluntatem, qui poterat in præcepto dispensare. Sed adhuc videtur quòd parentes eius male fecerũt illam mulierem petendo pro filio:*
Quæstio
Deut. 7. a *quia hoc prohibetur Deu. ubi dicitur: Filiam eius ſ. alienigenæ non accipies filio tuo vxorem. Dicendum, quòd Sãson eis voluntatem domini reuelauit, licet non sit scriptum. Erant enim deuoti: & ideo non est verisimile, quòd fecissent contra præceptum domini: nisi Samson eis dixisset hoc esse de voluntate domini. & bene debebant ei credere, eo quòd fuerat per angelum annunciatus, & mirabiliter natus, ut supra dictum est.*

d Et quæ. *Sciebat enim Samson in generali per reuelationem: quòd* G
contractus illius matrimonij esset occasio rebellandi Philisthæis, licet ad
hoc ignoraret modum in particulari. Sed quæritur hic quare ad hoc quæ-
Quæstio *rebatur occasio: cum Philisthæi habitarẽt in terra Hebræis promissa: vt*
patet ex supradictis ca. iij. De illis habitatorib. præceperat dominus filij
Israel, quòd eos exterminarent sine misericordia: ut habetur Nu. & Deut. propter quod videtur, quòd non erat quærenda alia occasio. Dicendum quòd propter peccata Hebræorum dominus permiserat Philisthæos ad tempus eis domi-
Num. 33. Deut. 7. a *nari, & inter ipsos erant aliqua pacta iuramento firmata, quod erat licitum Hebræis facere in tali casu, vt dictum fuit Iosue. xxi. & xxiij. propter quod non licebat Hebræis Philistæos tunc*
2. Par. 36. *inuadere absque nona occasione: & ij. Paral. in ter mala Sedechiæ regis, propter quæ fuit captiuatus, & ciuitas destructa dicitur. A rege quo quę Nabuchodo. recessit, qui adiurauerat eum per Deum, & hoc notatur cum subditur,*
e Eo enim. *quod dominium erat prædicto modo firmatum.*
f Descen. *Hic describitur predictæ mulieris de sponsatio: præmittitur tamen casus accidens in via, cum dicitur,*
g Apparuit. *scilicet Samsoni, quasi ad deuorãdum eum. Separauerat. n. se Samson a parentib. suis pro aliqua necessitate, & tunc occurrit ei leo, ita quòd parentes eius non viderunt.*
Fortitudinis Sãsoni donum gratuitum, h Irruit au. *i. spiritus fortitudinis: Illa. n. fortitudo non inerat ei ex complexione, seu virtute naturali: alioquin non recessisset ab eo, quando fuit rasus: ut habetur infra xvi. ca. sed erat illa fortitudo quædam gratia gratis data, quę nõ semper adest homini, sicut spiritus prophetiæ nõ semper aderat prophetis: sed quãdo expediebat secundum ordinationem diuinam: & hoc modo videtur dicendum de fortitudine Samsonis, propter quod occurrente leone dicitur hic, quòd irruit in eum spiritus domini. idest motus illius fortitudinis.*
i Nihil. *ad ostendendum, quòd non fecit gladio vel baculo.*
k Descen. *ſ. de matrimonio contrahendo: &* H
tunc facta fuerunt sponsalia.
l Et post. *Hic consequenter describitur mulieris desponsatæ acceptio in matrimonium ideo subditur.*
m Reuer. *Interponitur tamen casus contingens in uia, cum dicitur: Declina.*
n Et ecce. *i. congregatio apum. Quæritur hic* Quæstio
quomodo apes, quæ abhorrent fœtida ibi mellificauerant. Potest dici, quòd apum diuersæ sunt species: & aliquæ sunt rusticanæ & non abhorrent talia, cuiusmodi erant istæ: unde & aliquæ mellificant in foraminib. terræ. Sequitur:
o Descen. *quia locus vbi manebat pater Samsonis,*
p Et fecit filio. *pro celebratione nuptiarum secundum consuetudinem illius terræ.*

¶ Cum ergo

MORALITER.

✻ *a Descendit ergo Sãson in Thannatha: uidensque ibi mulierem de filiabus Philisthiim ascendit, & nuntiauit patri suo, & matri.* Per Samsonem qui perrexit ad accipiendum sibi Gentilem uxorem, allegorice signatur Christus, qui in primitiua ecclesia coniunxit sibi per fidem ipsam Gẽtilitatem, ludæa pro maiori parte incredula remanente. Propter quod dixerunt apostoli Iudæis, Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternę uitę, ecce conuertimur ad gẽtes: sic enim præcepit nobis Deus. Et per illam prędicationem coniunxerunt Christo & non sibi Gẽtilitatem per fidem: nõ enim erant sponsi, sed eius paranymphi.
†mel
Allegor.
a
g *Apparuit catulus leonis seuus, & rugiens, & occurrit ei.* Per quem intelligi potest Saulus Christum impugnans, propter quod dixit ei. Saule Saule, quid me persequeris? Per hoc autẽ quòd uerbo Christi prostratus fuit in terram tanquã mortuus, apparuit, ꝙ poterat eũ lacerare, sicut Sãsõ leonẽ occurrẽtẽ laceravit. Per hoc aũt, ꝙ in ore leonis mortui inuẽtus fuit fauus mellis, significata fuit mellifiua doctrina Pauli mũdo mortui: sicut dicit: Mihi aũt absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Chri-
Act. 9. a
Gal. 6. a
✻ sti: idest in

A NIC. DE LYRA.

Diuiso. -cines loci illius
† linteamina
suade & suade ei
& quęrebatur.
† filijs populi sui
B
tulit exuuias, & dedit mutatorias uestes
a Cum. *Hic consequenter describitur rebellionis occasio duplex. secundo ponitur in prin. xv. cap. Circa primum dicitur,* Cum et. *scilicet magnum, & robustum.*
b Dederunt. *vt si Samson vellet aliquid agere contra eos: isti resisterent ei: tamen fuerunt ei assignati sub specie societatis: & honoris nuptiarum.*
c Quibus locutus. *vt inde inter ipsos oriretur quæstio, seu contentio.*
d Proponam. *idest verbum dubium, & occultum: quod Gallicæ dicitur, deuinaille.*
e Dabo. *idest lineas vestes.*
f Dixitque. *problema suum.*
g De come. *per hoc obscure proposuit, quod inuenerat mel in cadauere leonis: quia mel est dulce: & leo est fortissimus bestiarum, & in illa parte leonis inuenit mel, quod est comestibile, quæ est instrumentum comestionis, scilicet in ore.*
h Nec. *licet multum cogitassent.*
i Cumque. *Non est intelligendum, ꝙ esset dies septimus coniunij, imò erat quartus, sed vocatus est septimus, quia erat sabbathum occurrens inter coniuium nuptiarum. Cætera patent vsque ibi,*
k Septem. *idest pro maiori parte septem dierum, quia à quarta die incepit, vt patet ex prædictis.*
l Tandemque. *Hic accipitur dies septima pro septima die coniunij, non pro sabbatho.*
m Et illi. dixerunt. *qui si tardassent vsque post occasum amisissent quia finita fuisset dies septima. quia dies est latio solis super terram.*
n Quid dulcius. *intellectus patet prædictis.*
o Si non. *Ille qui arat inuefligat terram inferius, ita fecerunt isti, qui solutionem quam inuenire nõ poterant inuefligauerũt per vxorem Samsonis, quam*

uerant. Cum ergo ciues loci illius vidissent eũ, dederunt ei sodales triginta, qui essent cũ eo. Quibus locutus est Samson: Proponam vobis problema, quod si †solueritis mihi intra septẽ dies conuiuij: dabo vobis triginta† syndones, & totidem † tunicas. Si autem nõ potueritis soluere, vos dabitis mihi triginta syndones, & eiusdem numeri tunicas. Qui respondẽrũt ei: Propone problema, vt audiamus. Dixitq; eis: De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Nec potuerũt per tres dies propositionẽ soluere. Cumq; adesset dies septimus, dixerunt ad vxorẽ Sãson. † Blandire viro tuo, & suade ei, vt indicet† tibi, quid significet problema. Quod si facere nolueris, incendemus te, & domũ patris tui. An idcirco vocastis nos ad nuptias, vt spoliareris? Quæ fundebat apud Sãson lachrymas, & quærebatur dicens? Odisti me, & non diligis: idcirco problema, quod proposuisti filijs populi mei, non vis mihi exponere. At ille respondit: Patri meo, & matri nolui dicere, & tibi indicare potero? Septẽ igitur diebus conuiuij flebat ante eum, tandemque die septimo cũ ei esset molesta, exposuit. Quæ statim indicauit † ciuibus suis. Et illi dixerũt ei die septimo ante solis occubitũ: Quid dulcius melle, & quid fortius leone? Qui ait ad eos: Si non arasletis in vitula mea, non inuenissetis propositionẽ meã. Irruit itaq; in eum spiritus Dñi: descenditq; Ascalonem, & percussit ibi triginta viros, quorũ † ablatas vestes dedit his, qui problema soluerant. Iratusque nimis ascendit in domũ patris sui: vxor aũt eius accepit maritũ vnum de† amicis eius, & pronubis.

† indicauritis mihi, & inuenieritis, † mutatorias uestes

quam vocat vitulam propter mulierem insolentiam.
C
p Irruit ita. *in vindictam iniuriæ sibi factę. Tum quia problema per se ipsos soluere debebant, non per aliã personam, vt patet ex modo loquendi supra positò, vbi dicitur,* Quod si solueritis *mihi & c. Tum quia per metum mortis incussum vxori suę, & amicis eius solutionem inquisierant. Sequitur,*
q Iratusque. *contra Philisthæos, & vxorem suam, eo quòd reuelauerat secretum suum.*
r Ascendit. *ab vxore ad tempus discedendo.*

MORALITER.

† nobis

✻ sti, id est in eius doctrina dulci, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.
g *De co.* Hoc autem problema solui non potuit, nisi per vxorem Samsonis, per quod significatum fuit, quòd mutato Sauli de persecutore amarissimo in dulcissimum doctorem, non potest intelligi nisi per ecclesiam Christi sponsam, quæ nouit virtutem sponsi potentis facere de persecutore defensorem, & de lupo pastorem. Aliter per leonem laceratum potest intelligi corpus Christi flagellis, & clauis plagatũ, quod ipsamet per Samsonem figuratus laceravit, inquantum ad passionem voluntariæ se obtulit: & de eius corpore mortuo exiuit sanguis, & aqua: ex quibus virtutem habent ecclesiæ sacramenta inter quæ principale est eucharistiæ sacramentum, in quo habemus dulcissimum cibum. De quo figuraliter dicitur, Panem paratum de cæ
D
Sap. 16. c
lo præstitisti eis sine labore, omnẽ delectamentum in se habentem & omnis saporis suauitatem.
† sodalibꝰ eius, q socius ei fuerat. i. q iuerat cum in nuptiis celebrandis,

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XV.

Post ali. *Hic consequenter ponitur secunda occasio, eo quòd fuit prohibitus ab vxore sua. & hoc est quod dicitur:*
b Cumque. *idest modo, & affectu maritali.*
c Prohibuit. *In hoc facta fuit Samson iniuria, quia non repudiauerat vxorem, sed tãtum ad horã recesserat ab ea, quod erat sibi licitum, & ideo facta fuit sibi iniuria, eo quòd sine scitu, & requisitione eius alteri fuit data, & ideo dixit:*
d Ab hac. *inuadendo scilicet eos ꝓp infidelitates, & iniurias mihi factas, & maxime, quia dixerat angelus de eo, ipse incipiet liberare Israel de manu Philisthinorũ, vt habetur supra c. 13.*
e Perre. *Habita iusta occasione nocendi Philisthæis, vt patet ex prædictis: hic consequenter describitur eorum inuasio, & debellatio: & primo in eorum bonis, secundo in personis, ibi: Quibus ait Samson. Circa primum dicitur.* Perrexitque. *Licet esset multum fortis, & agilis, tamen verisimile est, quòd ceperit eos auxilio aliquorum, in illa enim terra abundant vulpes, & cũ retibus, & ingenijs possunt citò capi in tanta multitudine. sicut in terra ista in vna garena possunt citò capi trecenti cuniculi: maximè per homines ad hoc ingeniosos.*
f Caudasque. *Quod est intelligendum, quòd per aliqua ligamina ad hoc apta ligauit caudas duarum ad inuicem, & ligamina erant ita longa, quòd in medio poterant ligari faces ardentes, quæ de facili non possent extingui, nec lædere vulpes.*
g Que statim. *Eo enim, quòd ligatæ erant modo prædicto, non poterant currere ordinatè, & expeditè ad occultandum se in memoribus, vel foueis terræ, sed cucurrerunt ad illud, quod erat magis in promptu, scilicet ad segetes sł antes, quę erant deficcatę, & propinquę messioni, quod patet ex hoc, ꝙ aliquæ iam erant collectæ, vnde subditur,*
h Et com. *Nõ ad domos, sed in campis, vbi per aliquod tempus dimittebantur in magnis aceruis, sicut fit in multis terris. Cætera patent in litera.*

¶ Quibus

CAP. XV.

Post aliquantulum autem tempo-
a ris cum dies triticeę messis instarent, venit Samson inuisere volens vxorem suam, & attulit ei hœdum de capris. Cumq; cubiculum eius solitò vellet intrare, prohibuit illũ pater illius dicens: Putaui, quòd odisses eam, & ideo tradidi illam † amico tuo. Sed habet sororem, quæ iunior, & pulchrior illa est, sit tibi pro ea vxor. Cui Samson respondit: † Ab hac die non erit culpa in me, contra Philistheos. Faciam enim uobis mala. Perrexitque, & cepit trecentas vulpes: caudasq; earum iuxit ad caudas, & faces ligauit in medio*: quas* igne succendens dimisit, vt huc, illucque discurrerent. Quæ statim perrexerunt in segetes Philisthinorum. Quibus succẽsis, & comportatæ iam fruges*, & adhuc stantes in stipula, concremataque sunt: intantum vt vineas quoque, & oliue-

MORALITER.

✻ *a Post ali.* Per patrẽ vxoris Samsonis, qui prohibuit Samsonem ab ingressu ad suam vxorem, intelligi potest imperator Romanus, vel eius imperium super gentes habens dominium: & quantum in se fuit, prohibuit coniunctionẽ Christi per Samsonem figurati, cum ecclesia de gentibus collecta: Et sicut Samson per combinationem vulpium incendit segetes Philisthinorum, sic Christus per prædicatores charitate combinatos succendit fidei charitate formata Gentilium corda, intantum, quòd in multis erant ad martyrium promptissima. De hoc igne dicit saluator Ignem veni mittere in terram,
† innocẽsium semel erga Philisthæos, si fecero eis malum.
* faces
Luc. 12. f

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
CREDOS USALES

E GLOS. ORD. CAP. XV.

PErcuſſ. LXX. Percuſſit alienigenas Samſon ad tibiã ſuper femur.i tam mirabiliter, vt ſtupẽtes tibiã vnius pedis ſuper femur alterius ponerent.

In qq.ne.tẽ q.50. lib.7. num.4.

b Iurate. Aug. Quid eſt qđ ait Sãſon viris Iuda: Iurate mihi ne interficiatis me vos: & tradite me eis, ne fortè occurratis i me vos: Quã locutionẽ ita qdã interpretati ſunt, ne forte veniatis aduerſum me vos. Sed hoc cũ, ne ab his interficeretur, dixiſſe illud indicat, quod in libro regnorum ſcriptũ eſt iubente Salomone, vt hõ occideret dicẽte: Vade occurre illi. Qđ iõ nõ intelligitur, qa nõ eſt cõſuetudinis apud nos ita dici. Sic.n. qđ militares ptãtes dicunt: vade alleua illũ, & ſignificat, occide illum, qs intelligat, niſi g illius locutionis conſuetudinẽ nouit. Solet & vulgo apud nos dici: cõpendiauit illi.i. occidit illũ: & hoc nemo intelligit, niſi qui audire conſueuit, hæc eſt n.vis gñalis omnium locutionum, vt quemadmodum ipſæ linguæ non intelligantur, niſi audiendo vel legẽdo diſcantur, ita nec modi locutionum.

3.Reg.2.e ſecũ in alia Literam

† eacumine *Moral.*

c In ma. Gregor. Maxilla aſini prædicatores ſignãt. Redẽptor n. nr̃ ſimp.icitatẽ, & patientiã p̃dicãtiũ, ſuæ manu virtutis tenens à vitijs carnales interfecit, & maxilla in terrã ꝓiecta, poſtmodũ aquas ſtudit, qa tradita morte prædicatorum corpora magna populis monſtrauere miracula.

¶ *Iudicauit*

NIC. DE LYRA.

¶ a Quibus ait. *Hic conſequenter ponitur inuaſio in perſonis, & hæc eſt duplex. ſecunda ponitur ibi, Igitur aſcendentes. Circa primum dicitur,*

F b Licet. *hoc dixit Samſon. Tum quia Philiſthæi non combuſſerant vxorem eius & patrem zelo iuſtitiæ. ſed magis commoti paſſione ire pro ꝑter damnum eis illatum. Tum quia occaſione prædicta habita guerra erat inter Sãſon & Philiſthæos apertè, nec tenebatur ceſſare ab eorum inuaſione, maximè cum ad hoc fuiſſet conſecratus ex diuina reuelatiõe, vt patet ex ſupradictis.*

† contingentis

c Percuſſitq́ue. *Sura eſt poſterior pars cruris, femur anterior. Modus autem eſt hominum, qui ſunt attoniti, & meditabundi imponere ſuram vnius cruris ſuper femur alterius. Et per hoc deſignatur, quòd Philiſthæi fuerunt ita ſtupefacti de plaga eius inflicta à Samſone, quòd multum cogitabant qualiter ſe vindicare poſſent. In Hebræo autem ſic habetur, Percuſſit eos plaga magna, tibiam ſuper crus ſuum, qued exponunt Hebræi de percuſſione peditum cum equitibus, quia pedites in bello iuuãtur tibijs ſuis, equites verò cruribus.*

Dimiſſo ſupra 4.b

d Igitur aſcenden. *Hic ponitur ſecunda percuſſio Philiſtinorum. vbi primò ponitur huius percuſſionis occaſio. ſecundo ipſa percuſſio, ibi, Qui cum demiſſ.t. tertiò gratiarum actio, ibi, In maxilla aſini. Occaſio autem data Sanſoni fuit, eò quòd propter eum volebant inuadere totum populum Iſrael, & hoc eſt quod dicitur, Igitur aſcendentes & tamen Samſon non erat de tribu illa, ſed de tribu Dan, vt patet ex ſupradictis capit. xiij.*

† ſcenrum ſcruorũ, in maxilla aſini - quod interpretatur eleuatio maxille, vide nomina Hebr.

e Caſtrametati ſunt. *Hoc dicitur per diminutionem, quia locus ille vocatus eſt poſtea Rhamathlechi, vt habetur eodem ca. ſicut aliquando aliquis vocatur Minus pro Iacominus.*

f Vbi eorum. *Hoc dicitur ad denotandum magnitudinem exercitus eorum, quia occupabat magnum terræ ſpatium:*

g Cur aſcendiſtis. *Quaſi diceret, tributum vobis reddimus, nec rebellamus, & ideo non habetis occaſionem inuadendi nos.*

h Qui reſponde. *Licet enim venirent principaliter propter Samſonem, tamen occaſione ipſius veniebant contra totum populum, n. ſi traderetur in manibus eorum, quod fuit eis conceſſum Ideo ſubditur,*

i Deſcenderunt ergo &c. *ad capiendum Sãſonem, & tradendum Philiſthæis ſecundum quod fuerat inter eos condictum. Et patet litera vſque ibi,*

† ſodalitius

k Iurate ait & ſpondete *volebat enim ſatisfacere Iſraelitis, & ſic agere, quòd non interficerentur à Philiſthæis, nec ab ipſo eis reſiſtendo, & haberet occaſionem inſtam interficiendi Philiſthæos, qui veniebant ad eum occidendum.*

l Qui cum ve. *Hic conſequenter deſcribitur Philiſthinorum inuaſio cum dicitur, Qui cum veniſſet, Hic locus ſic nominatur hic per anticipationem, vt patet per literam ſequentem.*

† coxa ſup femur pa ga magna Hebraic. m° (Chal inter.& o quites di peditibus Alij de pe qui fugie tes cade bant in fa ciem, cru ſuper fe mur expo nunt.) Exod 15.c -loco, q poſtea vo catus eſt -ſi. manib

m Iruit ſpiritus Domini. *ideſt motus dono fortitudinis ad rumpendum vincula, & ad Philiſthæos debellandum.*

n Inuentamq́ue maxil. *Per hoc oſtenditur victoria magis mirabilis, & à Deo facta, quia non fuit per arma ferrea. Sciendum tamen, quòd aſini maiores ſunt in terra illa, & habent maiora oſſa.*

o Interfecit in ea. *Ex quo patet, quòd miraculoſe feruabatur à confractione in tot, & tantis percuſſionibus virorum armatorum.*

p In maxilla aſini. *Hic conſequenter ponitur gratiarum actio. Modus enim erat Hebræorum in victorias à Deo datis canere canticum per modum gratiarum actionis ſicut patet in cantico Moyſi, Exo.xv. & in cantico Delboræ ſupra.v. c. & ideo Samſon in hac victoria diuinitus ſibi data ceciuit canticum incipiendo per talem modum,* In maxilla &c. *Verum autem totum canticum eius ſit hic ſcriptum, vel ſolum ipſius principium, certum non habetur, videtur tamen probabilius, quòd ſolum principium ſit hic ſcriptum, quia non omnia ſunt ſcripta, & quia non legũtur cantica ſic breuia. Sequitur,*

†ſummitatem

q Et uocauit nomen loci &c. *Quod autem ſequitur,* Quod interpretatur eleuatio &c. *non eſt in Hebræo, ſed appoſitum eſt à tranſlatore ad oſtendendum ſignificatum nominis; quod bene fuit impoſitum, quia ſactis fuit mirabile, & in ſolitum quòd cum maxilla aſini fieret tantum factum. Quod autem hic diuinitus fieret oſtenditur per ſequens miraculum cum dicitur: Aperuit ita que Dominus molarem dentem: Et patet litera*

MORALITER.

✻ & quid volo niſi vt ardeat? Qđ aũt p vulpes poſſint intelligi p̃dicatores oſtenditur, pinguedo namq; vulpiũ medicinale eſt contra contractionẽ, & ſtupefactionẽ neruorũ, multi verò p̃dicatores contractos corporaliter ei exerunt, vt patet de Petro, & Iohanne Act. iij. & de Paulo, & Barnaba Act. xiiij. & multa ſimilia fecerũt alij diſcipuli Chriſti, & miniſtri. Spiritualiter autem contractos per pigritiam, & accediam quaſi quotidie erigũt prædicatores eccleſiæ, & in via morum faciunt ambulare.

Act.14.a † Lycaõi *Act.14.b*

K *Ligare &c.* Per ligationẽ Sãſonis per viros Iuda põt intelligi ligatio Chriſti in Petro, ſicut & crucifixus fuit in ipſo. pp qđ eidem apparens dixit: Vado Romã iterum crucifigi. Hæc aũt ligatio facta fuit a Iudæis, & ſoluta virtute diuina, Act. xij. ſicut Sãſon dono fortitudinis à Deo rupit vincula. Per hoc autẽ *Act.12.b* q̃ Sãſon in mãdibula Philiſthæos debellauit ſignificatũ fuit, q̃ Chriſtus in Petro per p̃dicationẽ euangelij Gẽtiles occidit, & eccleſiæ incorporauit, ſicut dictum fuit ſibi de cõuerſione Corneli, & aliorum Gentilium: Surge Petre, occide & manduca. Qđ aũt per mãdibulã p̃dicatio ſignetur, patet: Nã ſicut in mãdibula moluntur eſcę corporales corporali ter nutrientes, ſic in p̃dicatione moluũtur ſacræ ſcripturæ, quæ ſunt eſcæ ſpiritualiter nutritiuę. Deut. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit &c. Per aquam verò de mandibula mirabiliter exeuntem, ſignificata fuit aqua ſalutaris ſapientiæ, quæ de beati Petri proceſſit ore.

Deut. 8. & Matt. 4.a

a *Iudicauitque Grego.* Quem in hoc facto Samſon niſi redemptorem ſignificat? Quid Gaza niſi infernum? quid Philiſthæi niſi perfidiam Iudæorum? qui cum mortuum dominum viderent etiam corpus eius in ſepulchro poſitum cuſtodes illico deputauerunt: & autorem vitæ inferni clauſtris retẽtum, qua

Hem. 11. in mang. verſ. 3. num. 3.

mauit ad Dominum, & ait: Tu dediſti in manu ſerui tui ſalutem hanc maximam, atque victoriam, & en ſiti morior, incidamq; in manus incircũciſorum: † Aperuit itaque Dominus molarem

a ✻ Quia poſſibile eſt mortua ſunt prædicatorum corpora magna monſtrauere miracula.

dentem in maxilla aſini: & ęgreſſæ ſunt ex eo aquæ. Quibus hauſtis refocillauit ſpiritum, et uires recepit. Idcirco appellatum eſt nomen loci illius, fons inuocantis † de maxilla, vſque in præſentem diem: Iudicauitque Iſrael in diebus Philiſthijm uigiti annis.

† Rupit

ADDITIO II.

Vbi translatio noſtra habet: In mandibula pulli aſinorum: in Hebraica veritate habetur hamor hamorathaim. Vbi notandum quòd Hamor in Hebræo eſt nomen æquiuocum: quod uno modo ſignificat aſinum, alio modo ſignificat acerum, uel cumulum, ſeu caternam. Vnde intẽtio huius locutionis erat dicere: quòd in maxilla aſini acerum: atque acerus Philiſthinorum percuſſerat.i. plures omnium cæteruas: qđ eſt valde mirabile, & qđ ex hoc ſub eadem dictione includebatur aſinus, & caterna ſecundum æquiuocationem prædictã, reddebatur locutio ſcdm modum Hebraicæ locutionis rhetoricè ornata.

† qui erat Lechi

Dimiſſo

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XVI.

ABijt. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Samſonis mors, & conſummatio: & quia mors eius fuit per mulierem procurata. iõ primò deſcribitur qualiter cum vna periculo ſe expoſuit, ſecundo qualiter per alteram morti ſuccubuit, ibi: Poſt hæc amauit. Circa primum dicitur:*

a Abiit. *quæ erat ciuitas Philiſthinorum mortẽ ipſius machinantium.*

b Et uidit. *In Hebræo habetur: Mulierem hoſpitalariam, quia nomen ibi poſitum æquiuocum eſt ad utrãq; ſignificationẽ. ſicut dictũ fuit ſup. xi. da matre Iephte, & Ioſue. ſecundo de Raab, & propter hoc non inuaſerunt eum ibi Philiſthæi: quia ſecundum legem terræ ſecuritatem debebat habere in loco hoſpitij. ſed poſuerunt inſidias in porta ciuitatis, vt eum exeuntem occiderent: & forſitan vtraq; ſignificatio conueniebat illi mulieri: quia in aliquibus terris hoſpitatrices ſe de facili exponunt hoſpitibꝫ ſuis.*

B †Gazitę

c Ingreſſuſque eſt ad eam. *Quod cum audiſſent Philiſtiim, & percre. hoc intelligitur de concubitu carnali ſecundum ſenſum tranſlationis noſtræ. ſecundum aũt Hebræos intelligitur de ingreſſu hoſpitij: & forte utrumque fuit ibi. Cætera patent ex dictis uſq; ibi.*

d Dormiuit aut. *m Samſon uſque ad medium noctis, & inde.* Per hoc autem Chriſti reſurrectio fuit figurata, quæ fuit ſecundum communem opinionem doctorum in aurora: & ſic in ſecunda meditace noctis. nam dies ſequens incipit ab ortu ſolis. Eſt.n. dies latio ſolis ſuper terram.

a Chriſtum b ¶Cuſtodientes ſepulchrum.

Sãmſõ, circũdederũt eũ, poſitis in porta ciuitatis cuſtodibus: & ibi tota nocte cũ ſilẽtio ꝑſtolates ut facto mane exeũtẽ occiderẽt. Dormiuit aũt Samſon uſque ad

d ¶ Quia Chriſtus ante idem ſurrexit.

medium noctis: & inde conſurgens * apprehendit ambas pórtæ fores cum poſtibus ſuis, & ſera: impoſitasque humeris ſuis portauit ad uerticem montis qui reſpicit Hebron. Poſt hæc

e *Apprehendit ambas portæ ſo.* Quia Chriſtus reſurgẽs infernum fregit, & ſpoliauit patribus ibi detẽtis: & deduxit eos uſq; ad montẽ patriæ cæleſtis. Moraliter aũt ꝑ Samſonem Nazaræum, ſignificatur homo contemplatiuus, intentus circa Deum. tamen propter neceſſitatem populi deſcẽdit ad actiuam, prædicando & exhortando ad bonum: & ſurgens ab hac occupatione auſert portas ciuitatis diaboli: quæ ſunt fauor humanus, & timor mundanus, & incluſos ducit ad patriam cœleſtẽ, in ſpe de præſenti, & in re de futuro.

Moral.

f *Poſt hæc.* Doctores noſtri dicunt, & bene: quòd in hoc facto Samſon non fuit figura Chriſti: Nam in principio huius operis dictum fuit, quòd res una numero diuerſa ſignat, & incompoſſibilia, propter diuerſas proprietates, ſicut leo ratione conſtantiæ ſignat Chriſtum, & ratione uoracitatis diabolum. Et eodẽ modo contigit, de eadẽ ꝑſona, quæ ratione uirtutis Chriſtum ſignat: & ratione uitij nullo modo ſignat ipſum, ſed magis oppoſitum. Sicut Salomon ædificatione tẽpli domini fuit figura Chriſti, qui ædificauit eccleſiam. In hoc aũt ꝙ ædificauit idolorum tẽpla. 2. Reg. non potuit eſſe figura Xꝑi, ſed magis diaboli. Sic eſt in ꝓpoſito. Sãſon, n. in prædictis bene fuit figura Chriſti: ſed nõ in eius deceptione per Dalilam. Samſon igitur deceptus à Dalila ſecretum ſuæ conſecrationis eidem illicitè re-

3.Reg.11.b

Moral.

uelauit. Et in hoc ſignificat hominem domino conſecratum per profeſſionem in religione, uel ordinem ſacrum: qui per blandicias mulieris deceptus trahitur ad impudicos tactus, & amplexus: & ſic excæcatur, primò tenebris ignorantiæ: & ſecundò ligatur uinculo conſuetudinis peruerſæ: & in carcere peccati deputatur ad molẽdum, id eſt ad cœtus exercitium ſecundum Hebræos. Vel aliter ad molendum, id eſt ad opus laboriоſum, & malum, quod eſt opus peccati: ſecundum quod dicitur, in perſona peccatorum: Laſſati ſumus in uia iniquitatis, & perditionis ambulauimus, uias difficiles: uiam autem domini non ambulauimus. Per hoc autem ꝙ capilli Samſonis renaſcentibus ipſe plus nocuit Philiſthæis, quàm antè fecerat, ſignificatur, quòd aliquando homo Deo conſecratus, & dicto modo deceptus ex reſpectu diuinæ gratiæ reilluminatur: & contra dæmones & uitia fortius q̃ ante caſum præliatur. Poteſt ẽt aliter dici ꝙ per Samſonem, qui antè tonſionem capillorum fuit fortiſſimus, & poſt tonſionem capillorum fuit ſicut cæteri homines infirmus, ſignificantur religioſi ad bonum opus tepidi: q̃ ante depoſitionẽ capillorum per religionis ingreſſum erãt fortes, & agiles ad luctandum, & ſaltandum, & huiuſmodi, & poſt ingreſſum religionis infirmi ſunt, & debiles ad bene operandũ.

Sap.5.b

MORALITER.

✻ *Hem. 11. in mang. circa ſ. num. 2. Allegor.*

a *Abijt.* Per deſcenſum Sanſonis in Gazam ſignificatus fuit deſcenſus Chriſti ad inferos: ſecundum beatum Greg. & plures doctores alios. Sed ad hoc multũ diſſonare uidetur, quod ſubditur:

b *Et uidit ibi.* Propter quod ſciendum quòd Hebræi dicunt hanc eſſe literam: Mulierem hoſpitatricem, & hoc uerius videtur ſicut dixi plenius in expoſitione literali. Secundum hoc igitur per deſcenſum Samſonis in Gazam, figuratus fuit deſcenſus Chriſti ad limbũ patrum, qui bene ſignificatur p mulierẽ hoſpitatricẽ: eo ꝙ ibi ſancti patres erant hoſpitati uſq; ad acceptionem ſuæ beatitudinis, de qua iam erant certi.

Dormiuit

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA CREDOS USALES

E *Ga Vocauitque tonsorem. Isi.* Quòd mulier ſubdola caput Samſonis raſit, & Allophylis illudẽdum tradidit: quòd captiuatus eſt, ꝙ cæcatus, & ad molam deputatus: non in his Chriſtus, ſed illi figurantur, qui tñ Chriſti nomine gloriantur, & malis actib. iugiter implicantur. Vir enim ſenſus rationalis intelligitur. Caro autem mulierem ſigni ficat. ſi.n. mulieri. i. carni noſtræ blandiente libidine, uel alijs malis operibus conſenſerimus: gratia ſpiritusſancti, q̃ Nazaræi crine ſignificatur nudati expoliamur, atq; decipimur. Ita enim ſupbis, & peccatoribus violata Chriſti gra, ſicut Samſon inciſa coma à diabolo illuditur. Si qs aũt agẽdo pniam redeat coma redeunte. i. gra refloreſcẽ te: reparatur ad uirtutem, & cupidinis ac luxuriæ ſubuerſis columnis hoſtes deijciet: & parato certamine in finem fortiſſime dæmones triumphabit.

Moral.

Iũr. 7. mor. c. 13. ſtatim in prin. c. 1. b *Quem. Greg.* Samſon amiſſis oculis ab Allophylis ad molam deputatur. Sciendũ eſt ꝙ prius intellectus obtun dit: & poſtea captus animus p exteriora deſideria vagat: ut cæca mens, quò ducit neſciat, & carnis illecebris ſe libẽter ſubdat. aliquãdo vero pri⁹ deſideria carnis ebulliũt & poſt lõgũ vſum illicitis operibus oculum cordis claudunt. Nam ſæpe mens recta

F *Ga* cernit amauit mulierem, quæ habitabat in ualle Sorec, & uocabatur Dalila. Veneruntq; ad eam principes Philiſthinorum, atq; dixerunt: Decipe eum, & diſce ab illo in quo habeat tantam fortitudinem, & quomodo eum ſuperare ualeamus, & uinctum affligere. Quod ſi feceris, dabimus tibi ſinguli mille, & centum argenteos. Locuta eſt ergo Dalila ad Samſon: Dic mihi obſecro, in quo ſit tua maxima fortitudo, & quid ſit, quo ligatus † erumpere nequeas. Cui reſpõdit Samſon: Si ſeptem † neruiceis funibus nec dum ſiccis, & adhuc humentibus ligatus fuero infirmus ero ut cæteri homines. Attuleruntq; ad eam ſatrapæ Philiſthinorum ſeptem † funes, ut dixerat: quibus uinxit eum latentibus apud ſe inſidijs †& in cubiculo finem rei expectantibus. Clamauitq; ad eum: Philiſthijm ſup te Samſon. Qui rupit † uincula quomodo ſi rũpat quis filum de ſtupa tortũ ſputamine, cum odorem ignis acceperit: et nõ eſt cognitũ, in quo eſſet fortitudo eius. Dixitq; ad eum Dalila: Ecce illuſiſti mihi, & falſum locutus es. Saltẽ nunc indica mihi, quo ligari debeas. Cui ille reſpõdit: Si ligatus fuero nouis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorũ hominum ſimilis. Quibus rurſum Dalila uinxit eum & clamauit: Philiſthijm ſup te Samſon: in cubiculo inſidijs præparatis. Qui ita rupit uincula quaſi filum telarum. Dixitq; Dalila rurſum ad eum: Vſquequo decipis me, & falſum loqueris? Oſtẽde, de quo uinciri debeas. Cui reſpondit Samſon: Si, inquit, ſeptem crines capitis mei cũ licio plexueris, & clauõ his circumligatum terræ fixeris, infirmus ero. Quod cum feciſſet Dalila, dixit ad eum: Philiſthijm ſuper te Samſon. Qui conſurgens de ſomno, extraxit clauum cum crinibus, & licio. Dixitq; ad eum Dalila: Quomodo dicis, ꝙ amas me, cum animus tuus nõ ſit mecum? Per tres uices mentitus es mihi, & nolui ſti dicere, in quo ſit maxima fortitudo tua. Cumq; †moleſta eſſet ei, & per multos dies iugiter adhæret, ſpatium ad quietem nõ tribuens, defecit anima eius, & ad mortem uſque laſſata eſt. Tunc aperiens †ueritatem rei dixit ad eam: †Ferrum nũquã aſcendit ſuper caput meum, quia Nazarẽus, id eſt conſecratus Domino ſum de utero matris meæ. Si raſum fuerit caput meum, recedet a me fortitudo mea, & deficiã, eroq; ſicut cæteri homines. Videnſq; illa, ꝙ confeſſus ei eſſet omnem animum ſuum, miſit ad principes Philiſthinorum, ac mandauit: Aſcendite adhuc ſemel: quia nũc mihi aperuit totum cor ſuũ. Qui aſcenderunt aſſumpta pecunia, quam ꝓmiſerant. At illa dormire eum fecit ſuper genua ſua, & in ſinu ſuo reclinare caput. Vocauitq; tonſorẽ, & raſit ſeptem crines eius: & cœpit † abigere eum, & a ſe repellere. Statim enim ab eo fortitudo receſſit. Dixitq; Philiſthijm ſuper te Samſon. Qui de ſomno conſurgens dixit in animo ſuo. Egrediar ſicut ante feci, & me excutiam, neſciens quod receſſiſſet ab eo Dominus. Quem cùm apprehendiſſent Philiſthijm, ſtatim eruerunt oculos eius: & duxerunt Gazam uinctum catenis, & clauſum in carcere molere fecerunt. Iamq; capilli eius renaſci cœperant: & principes Philiſthinorum

Sup. li. Iud. cap. 8.

Moral.

†poſſis affligi

†virgis viridib. necdum ſiccis

†virgas virides necdum ſiccas in cubiculo

virgas

-tortũ ſputamine

-ſi ſinu ſuo reclinare caput

†verbisſuis coarctaret eũ oib. diebus, & molestaret eũ, ita ut angustijs afficeretur ei⁹ ipſius uſq; ad mortẽ

† cor ſuum

†affligere eum, &

NIC. DE LYRA.

¶ a Venerunt q. *ut quem non poterant ſuperare virtute, caperent fraude. Cætera patẽt ꝫ ſ. ibi.*

b Si *ſc. i. factis de neruis.*

c Nec. *quia tales funes extendũ tur, & non rumpuntur.*

d Latenti. *quia non audebant inuadere Samſonem, donec viderent per experientiam, quòd vincula non poſſet rumpere.*

e Qui ru. *valde faciliter. ideo ſubditur.*

f Quomo. *quia mulieres, quãdo plãt, immiſcẽt aliqd de ſputo ſuo.*

g Dixitq;. *Hic ponitur ſecunda tentatio mulieris ad deceptionem Samſonis, cum dicitur.*

h Saltem *fingebat enim iſta mulier, quòd ex magno amore ad Sãſonem deſiderabat ſcire fortitudinis ſuæ conditionem, ſicut amans deſiderat ſcire intima ſui amici.*

i Si liga. *hanc conditionem non tatis addidit Samſon ad ſuam primam reſponſionem, ita quòd funes non eſſent tantummodo nerucici, & humidi: ſed etiam omnino noui. & hoc dicebat Samſon ad coloration. ſui mẽdacii.*

k Dixitq;. *hic ponitur tentatio tertia, cum dicitur.*

l Vſquequo. *eclando ſecretum tuum amico tuo.*

m Si inquit *ſc. In Hebræo habetur ſeptem cincinnos, vel floccellos. cæſaries. n. capitis ſui diſtincta erat ꝙ ſeptẽ floccellos, uel cincinos.*

n Cum. *i. cum forti ligamento. ſequitur.*

Dixitq;.

o Dixitq;. *q. d. hoc eſt falſum manifeſte, cum proprium ſit amantiũ ſecreta ſua inuicem reuelare.*

p Cumq;. *hic conſequenter deſcribitur ueritatis apertio: qa per moleſtiã mulieris importunè petentis ueritatem rei aperuit ad ſui interitum.*

q Fer. *quia de ritu Nazaræorum erat, quòd nõ raderentur eorũ capilli toto tpe conſecrationis ſuæ, vt dictum fuit ſupra. xiij. ca.*

r Si raſum fuerit. *Quia ſicut dictum fuit. ſupra iſta fortitudo non erat uirtute, ſed erat quoddam donum gratiæ gratis datæ: quæ in neceſſarijs, & expedientibus fuit in eo, qdiu tenuit ritũ Nazarei, propter qđ ipſo uiolato per raſurã nõ affuit ſibi. Sed cõtra hoc, videtur, ꝙ notũ Nazarei uiolabatur p factũ, & ẽt aſpectũ mortui. Nu. 6. Sãſon aũt multos iam ante interfecerat, ut patet ex ſupradictis. Dicendum ꝙ non fuit ſimile de Sãſone, & alijs Nazareis, qui erant conſecrati ad tps, & ad ea cãdũ orõib. & pius operib. Sãſon aũt fuit conſecratus p totã uitã, & ſua conſecratio erat ordinata ad alia opa. ſ. ad liberationem Iſrael de manu Philiſthinorũ, ut habetur. ſup. xiij. c. pp qđ interficiẽdo Philiſtæos conſecrationem ſuam non uiolauit, ſed magis adimpleuit.*

Obiectio

Numa. 6. 4

s Vi, il. *reuelando ueritatem, hoc n. præceperat p qđ nomẽ domini notauit, dicens ſe conſecratum domino, non enim nominaſſet nomen domini dicẽdo mendacium.*

t Alcen. *Ex hoc uidetur, ꝙ illi ijdem prius fuerant apud ipſam ad comprehendendum Samſonẽ: ſed uidentes eius fortitudinẽ per ruptionẽ uinculorũ ipſum non inuaſerant: ſed latẽter ad ſua loca receſſerant, & p hoc ẽt Sãſon fuit deceptus reuelãdo ſecretum ſuum mulieri, ignorans ꝙ machinaretur in mortem eius.*

u Atil. *ut tonſor melius poſſet radere eum, quam ſi in lecto iaceret.*

x Et ra. *In Hebræo habetur, ſeptẽ floccellos: quia raſit totam cæſariem ſeptem floccellis diſtinctam: ut prædictum eſt.*

y Sta. *Cuius cauſa prædicta eſt.*

† Nouacula

z Dixitq;. *Volebat. n. experiri ſi cur prius utrum fortitudo diſceſſiſſet ab eo.*

-ideſt conſecratus

a Egre. *ſ. a vinculis, ipſa. n. ligauerat ipſum ad experiẽdã certitudinaliter, ſi raſo capite poſſet uincula rũpere: ꝙ cũ non poſſet, Philiſthæi inuaſerunt eum ſecuri.*

b Quem. *Hic conſequenter deſcribitur. Samſonis comprehenſio, ubi primo deſcribitur eius incarceratio, ſecundo illuſio, ibi: Iamque capilli. tertio mors & conſummatio, ibi: Qui dixit puero. Circa primum dicitur:*

Quem. *Dono fortitudinis deſtitutum.*

c Sta. *ne ſi forte euaderet damna eis inferret.*

d Et cl. *ideſt grauiter laborare, ne gratis panem comederet. aliqui autem exponunt molere ideſt coitare, vel coire cum magnis mulieribus, quas adducebant Philiſthæi: vt de illis magni homines, et robuſti naſcerẽtur apti ad ꝓliũ.*

e Iamque. *hic conſequenter deſcribitur ipſius illuſio in ſcẽlo*

¶ Philiſthinorum,

Moral.

Numa. 6. 4

Obiectio

Mora.

†Nouacula

-ideſt conſecratus

Moral.

†affligere eum, &

G A cernit, nec tamen audẽter contra peruerſa ſe erigit, & renitens vincitur, dum hoc ipſum, quod egit diiudicans carnis ſuæ delectatione ſuperatur. Quòd enim plerunque prius oculus contemplationis amittitur, & poſt captus per carnis deſideria huius mundi laboribus animus ſubiugatur, teſtatur Samſon ab Allohpylis captus, qui poſt quam oculos perdidit, ad molam deputatus eſt, quia maligni ſpiritus poſtquàm tentationum ſtimulis intus faciem contemplationis effodiunt, foris in circumitu laboret mittunt.

†Cumque hilare cor eorũ eſſet

29. Mor. c. 7. circa fin. to. 1. Allegor. † Du

a *Multotẽ. Greg.* In hoc loco per Sãſonẽ Chriſtus ſignificatur. Sãſon enim dum viueret paucos interfecit, euerſo vero templo moriens maximam aduerſariorũ multitudinem moriens ſtrauit. Et domino noſtro prædicante pauci ex Iudæis crediderunt, innumeri vero Gentilium populi viam vitæ illo moriente ſunt ſecuti. Superbos enim, dum adhuc paſſibilis viueret, pertulit, in paſſibili vero vita moriẽdo, ſtrauit. Hinc Samſon in ſemetipſo dudum figuraliter expreſſit, qui paucos dum viueret interemit, deſtructo vero templo multos cum moreretur occidit, quia dominus ab elatione ſuperbiæ paucos cum viueret, plures cũ corporis ſui templum ſolueretur extinxit, atq; electos ex gentibus, quos viuendo ſuſtinuit, ſimul omnes moriendo proſtrauit.

† innitar eis

*meam

†3. q. 5. c. ſinõ licet.

B & c. reps. de diuort. ca. gaudemus.

NIC. DELYRA.

¶ Philiſthinorum, *cum dicitur,*

a Conuenerunt. *gratias reddendo idolo ſuo de captione Samſonis, quam attribuebant idolo.*

b Qui de. *per incendium terrenaſcentium: vt ſupra dictum eſt. xv. ca.*

c Præceperunt. *i. materiam riſus eis præberet, quia cæcus erat: & ideo impingebat aliquando ad parietem, aliquando ad columnam, & aliquando cadebat, ex quibus ridebant Philiſthæi.*

d Qui. *Hic deſcribitur mors eius & conſummatio.*

bus præ-

conuenerunt in unum, ut immolarent hoſtias magnas Dagon Deo ſuo, & epularentur dicentes: Tradidit Deus noſter inimicum noſtrum Samſon in manus noſtras. Quod etiam populus videns laudabat Deum ſuum, eademque dicebat: Tradidit Deus noſter aduerſarium noſtrum in manus noſtras, qui deleuit terram noſtram, & occidit plurimos. * † Lętantesque per conuiuia ſumptis iam epulis præceperunt, ut vocaretur Samſon, & ante eos luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante eos, feceruntque eum ſtare inter duas columnas. Qui dixit puero regenti greſſus ſuos: † Dimitte me, vt tangam columnas, quibus omnis imminet domus & † recliner ſuper eas, & paululum requieſcam. Domus autem erat plena uirorũ, ac mulierum, & erãt ibi omnes principes Philiſthinorum, ac † de tecto, & ſolario, circiter tria millia utriuſque ſexus ſpectantes ludẽtem Samſon. At ille inuocato Domino ait: Domine Deus meus memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem * priſtinam, Deus meus, ut ulciſcar me de hoſtibus meis: & pro amiſſione duorum luminum unam ultionem recipiam: Et apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alteramque earum dextera, & alteram læua tenens, ait: † Moriatur anima mea cum Philiſthiim. Concuſſisque fortiter columnis, cecidit domus ſuper omnes principes, & cęteram multitudinem, quæ ibi erat. Multoq; plures interfecit moriens quàm antè uiuus occiderat. De ſcendentes autem fratres eius, & uniuerſa cognatio, tulerũt corpus eius, & ſepelierunt inter Saraa, & Eſthaol, in ſepulchro patris ſui Manue. Iudicauitque Iſrael uiginti annis.

a

b

c Dimitte me. *Tam quia ex colliſionibus prædictis, erat fatigatus vt requieſceret: tum vt per earum impulſum cum Dei adiutorio, de quo ſperabat, domari cadere faceret, ideo ſubditur,*

f Atil. *Quia videbat, quod eius deluſio reuertebatur in opprobrium diuinum, eo quod captio Samſonis attribuebatur idolis: & de hoc idola laudabantur ab idololatris.*

g Vt vlciſcar me de hoſtibus meis, & pro amiſſione duorum luminum vnam vltio. *Hoc enim dixit non liuore vindictæ, ſed zelo iuſtitiæ, & honoris diuini nominis, ita quod Philiſthæi Deum blaſphemabant idola laudando, ideo non peccauit Philiſthæos occidendo, nec etiam occidendo ſe cum ipſis, prout ſubditur.*

*ex noſtris

h Moriatur. *Et accipitur hic anima pro toto compoſito, quod eſt corruptibile, licet anima ſit immortalis. non. n. Sãſon intendebat ſe occidere per ſe ſed tantum per accidens, quia non poterat blaſphematores nominis diuini occidere niſi ſeipſum cum eis occidendo. Præterea voluntas domini erat, ꝙ hoc fieret: quod patet per hoc, ꝙ fortitudinem miraculoſe ſibi reddidit ad hoc faciendũ. Quilibet autẽ debitor eſt mortis ipſi Deo: & hoc debitũ pòt repetere quando vult, & quomodo vult, & ideo Samſon non peccauit ſe cum alijs occidẽdo ex Dei voluntate, & inſtinctu diuino. Credendum eſt etiam quòd de peccatis prius perpetratis pœnituit, & quòd illa mors pœna peccatorum ſuorum fuit, quam non ſolum acceptauit. ſed etiam pro ea dominum rogauit, & ideo computatur in catalogo ſanctorum ad Heb. xi.* MORAL. *Sãſon Nazareus eſt homo per baptiſmum domino conſecratus. Dalila quæ ſitula interpretatur eſt ſenſualitas, per quam voluptas carnis, quaſi per ſitulã hauritur. Per hanc Samſon decipitur, quia per ſenſualitatẽ homo aliquando à gratia in baptiſmo recepta deijcitur. Septem crinibus denudatur, qa ſeptẽ donis ſpiritusſancti ſpoliatur. Oculis priuatur per mentis excæcationem. Catenis ligatur per peccãdi aſſuefactionem: carcere clauditur per obſtinationem. ſed tunc capilli eius incipiunt recreſcere, quando diuinæ faciei reſpectu incipit pœnitere, qui moriens triumphat de hoſtibus, quia moriendo peccato triumphat de dæmonibus.*

Hebr. 11. f Meridiem.

D

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XVII.

a

Hic prolog. incipit, Vigenti & duarũ. Quæſtio.

HVitque. *Hæc eſt vltima pars principalis huius libri in qua agitur de quibuſdam caſibus tempore iudicum accidentibus. Et ſunt tres caſus. ſecundus ponitur in libro Ruth, qui ſecundum Hebræos antiquos non eſt liber diſtinctus a libro Iudicum, vt patet per Hier. in prologo galeato. Circa primum dubitatur quo tempore accidit caſus Michę. Et dicunt expoſitores noſtri, communiter, quod accidit poſt mortẽ Ioſue, anteq; ſurgerent iudices, & ad hoc probandum inducunt, quod hic bis dicitur, In diebus illis non erat rex in Iſrael &c. quia tunc non erat rex, vel iudex, qui errata corrigeret. Dicunt etiam, quod hæc hiſtoria hic deſcribitur ad oſtendendum neceſſitatem dandi iudices Iſraeli ad corrigendum errata. Sed iſtud dictum non videtur multũ valere. Tum quia ſicut dictum eſt pluries iudices præerant per modum directionis, & conſilij, non per modum dominij, propter quod non habebant efficaciam corrigendi, ſed reges eis ſuccedentes habuerunt autoritatem, & poteſtatem ſubditos coercendi. Cauſa etiam ſuſcitandi iudices inducta non habetur ex præcedentibus, quia vbicunque ſcriptura dicit, Suſcitauit eis dominus talem, vel talem iudicem, præmittitur pro cauſa huius ſuſcitationis tribulatio, in qua erat populus Iſrael, vt per iudicem ſuſcitatum liberaretur. Hebræi vero dicunt, quod factum Michæ*

CAP. XVII.

HVitque eo tempore uir quidam de monte Ephraim, nomine Michas, qui dixit matri

a

contigit

contigit ſub Othoniel, qui ſucceſſit Ioſue. Et ad hoc probandum inducũt, quod ſcribitur in fine. xviij. ca. Manſitque apud eos idolum Michæ cunctis tempore, quo fuit domus Dei in Silo. hoc tempus incepit ante mortem Ioſue, vt habetur Ioſue. xviij. Tempore autem Ioſue non declinauerunt ad idololatriam, vt habetur ſupra. ij. ca. Et ideo dicunt, quod hoc accidit in principio temporis Othoniel, quod fuit propinquius poſitioni tabernaculi in Silo poſt tempus Ioſue. Igitur circa hiſtoriam Michæ ſic proceditur, quia primo deſcribitur idololatriæ perpetratio. ſecundo idololatriæ ſpoliatio, ca. xviij. Circa primum præmittitur fabricatio idoli. ſecundo ſubditur abuſus ſacerdotij, ibi, Impleuitque. Circa primum, quia litera eſt intricata, conſiderandum, quod mater Michæ conſecrauerat ſummã pecuniæ pro fabricatione idoli. Michas autem volens illã in alios vſus expendere ſubtraxit illam occultè: poſtea verò pœnitens: tum quia, & ipſe idololatra erat: tum quia maledictionem matris timebat, quæ illi, qui pecuniam ſubtraxerat, frequenter maledicebat: dictam pecuniam matri reſtituit: vt inde fieret, quod ipſa promiſerat. Et hoc eſt quod dicitur,

Diuiſio.

i Fuitq; eo tpe vir. *Hoc nõ refertur ad tps Sãſonis, de quo ĩmediatè ſupra dictũ eſt, qa factũ iſtud accidit lõgè ante. ſ. ĩmediatè poſt mortẽ Ioſue,*

¶ vt prædictum eſt

MORALITER.

* *a Fuit.* Eccleſia mſt dſt oĩm Chriſtianorũ, licet multi eorũ ſint eius filii ſolo nũero, & nõ merito. Itẽ paſtor inutilis eccłię dr idolũ. Opa

Zach. 11. d

* ſtor, & idolum

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E NICOLAVS DE LYRA.

¶ ut prædictum est, sed refertur in generali ad tempus iudicij: tamen intelligitur pro prima parte illius temporis.

a Mille centum argen. *Ex hoc dixerunt aliqui, quòd ista mater Michæ fuit Dalila, & quòd illa pecunia fuit illa, quam recepit pro proditione Samsonis, vt dictum est. c. xvi. sed hoc patet falsum: tū quia istud factū contigit diu ante tps Samsonis & Dalilæ, ut iā dictum est: tum quia summa pecuniæ non est idem hic & ibi. qa ipsi Dalilæ dederunt satrapæ Philisthinorū singuli, mille & centum argenteos: erant autem quinque, & sic summa illius pecuniæ ascendit ad quinq; millia. & quingentos argenteos: hic autem ponuntur tantum mille & centum argentei.*

† qui tibi ablati fuerāt sic lax.

† ego accepi illos

b Quos sepa. *scilicet à communibus usibus idolo dedicando.*

c Et super. *i. uote, & iuramento promiseras, secundum expositores nostros. In Hebræo autem habetur: Me audiente maledixeras. scil. qui pecuniam abstulerat.*

d Ecce ego. *quasi dicat, paratus sum reddere tibi propter causas prædictas.*

e Reddidit ergo. *i. reddere promisit, quia de redditione actuali postea agitur.*

- ideſt veſtē ſacerdotalem †Cōſecrauitque † infra 18. & 21. d

f Quę dixerat. *scilicet antęq confiteretur pecuniam se habere: secundum istam literam in Hebræo habetur. Et dixit ei. s. post confessionem pecuniæ*

g Consecrauí. *Dominum vocat falsum Deum quem colebat.*

h Vt de manu. *In hoc explicat modū uoti sui. sic. n. nouerat, q de manu sua argentum traderet filio, ut inde faceret sibi idolum.*

i Et nunc. *i. statim cum mihi reddideris pecuniam secundum formam uoti mei sta im tradam eam tibi, ad faciendum quod uoui.*

k Reddi. *ipsi Michæ.*

l Matri, *redditione actuali.*

m Quæ tulit. *Residuum autem pecuniæ*

F *fuit consumptum in aliis, quæ pertinebant ad cultum illius idolatriæ, ut pote in ædicula ephod, & consimilibus, de quibus postea subditur.*

n Et dedit. *non per manum propriam sed per manum filij sui secundum formam uoti prædictam.*

o Vt faceret ex eis sculptile, atque conflatile, quod fuit in domo Michæ. Qui ędicu. *Dicunt aliqui q fuit unum idolum, quod vocatur hic sculptile, & conflatile. i. factum per tunsionem, & conflationem. qa metalla prius calefiunt in igne, & postea malleo tunduntur, vt ex eis aliquid facilius formetur. Alij autem dicunt, q fuit duplex idolum: vnū per sculpturam, quod notatur cum dicitur hic, sculptile. Aliud per fusuram, quod notatur per hoc, quod dicit, conflatile.*

†ordiné ve ſtimētorū. Alij cōſtitutas veſtes. Chal. interp. par veſtium †Cōſecrauitque

p Qui edi. *i. parum ædem, Deo se. idolo dedicando, & ab aliis usibus separando, & vocatur hic idolum Deus. Et in tota historia hoc nomen Deus, vel Dominus pro Deo falso accipitur, excepto q̄d in fine dicitur: Omni tempore quo fuit domus dei in Silo: hic. n. accipitur pro vero deo.*

q Et fecit ephod theraphim. *Quod autē sequitur. Id est vestem sacerdotalem, & idola. non est in Hebræo. sed appositum fuit à translatore ad exprimendum interpretationem ephod, & theraphim, ephod enim est idem quod super humerale: vt habetur Exod. xxviij. & est vestis principalis summi sacerdotis, & per ipsam hic intelliguntur alia vestimenta sacerdotalia, quæ fecit Michas, vt dicunt expositores communiter. Si autem per theraphim hic intelliguntur idola in plurali, nescio. Dicunt tamen Hebræi, quòd theraphim est caput pueri primogeniti*

Exo. 28. a

primogeniti dæmoni immolati: quod aromatibus conditur, vt possit diu permanere sine putrefactione, & super linguam eius in lamina aurea parui ponitur nomen dæmonis. & sic dat responsa: prout dictum est diffusius Ge. xxvi. Et huic dicto videtur concordare illud, quod habetur sequenti ca. Nostis, quòd in domibus istis sit ephod, & theraphim, & sculptile, atque conflatile. ita quòd theraphim videtur esse aliud à duobus idolis prædictis: quorum vnum fuit factum per fusurā: aliud per sculpturam: vel aliud ab vno duobus modis facto: vt prædictum est.

G

† maledixeras

Duplex Michæ abusus in sacerdotio

r Impleuitque. *Hic consequenter describitur abusus sacerdotij duplex. Primò: quia facit sibi sacerdotē vnū de filijs suis, qd notatur cum dicitur.* Impleuitque. *id est obtulit ad manum eius oblationem, vel sacrificium per eum offerendum tanquam per sacerdotem. Ideo subditur,*

s Et factus. *Cum tamen nullus esset promouendus ad sacerdotium nisi de filijs Aaron. Michas autem non erat de stirpe illa, sed de tribu Ephraim. Secundo quia fecit sibi sacerdotem de tribu Leui, sed non de filijs Aaron. quod notatur cum dicitur,*

t Fuit quoque. *Hoc dicitur ad differentiam alterius Bethlehem, quæ erat in tribu Zabulon, vt habetur Iosue.* Ioſ. 19. b

v Ex cognatio. *scilicet ipsius Michæ, vt dicunt aliqui. Sed hoc est falsum, quia in Hebræo habetur: Ex cognatione Iuda. Mulieres enim, quæ non succedebant in hæreditate paterna poterant contrahere cum viris alterius tribus, vt dictum fuit Nu. vlti. & ideo mater istius Leuitæ fuit de tribu Iuda: pater autem de tribu Leui. Dicitur etiam de Bethlehem Iuda, quia tribus Leui per omnes tribus erat dispersa, vt dictum fuit Iosue. xxi.*

x Egressusque. *Quia filij Israel iam declinauerant ad idololatriam: nec reddebant decimas ad sustentationem Leuitarum, vt tenebantur: & ideo Leuitæ cogebantur quę rere victum per alium modum, Catera patent vsque ibi:*

H

y Fuitque illi quasi. *Tenebat enim eum in domo sua honorificè, nec occupabat eum operibus seruilibus.*

z Impleuitque. *Exponatur sicut prius.*

a Nunc scio. *Licet enim esset idololatra iste Michas, & coleret Deum falsum, vt pote dæmonem in idolo: tamen credebat, q ob sequium sacerdotis de stirpe Leui esset ei magis placitum, quàm de altera tribu.*

MORALITER.

-& vtile mihi eſt proſpexero Moral,

✻ ſtor & idolum derelinquēs gregem. Igitur Michas, qui matri suæ tradidit argentum ad fabricandum idolum, signat illum, qui filius est ecclesiæ solo numero: & pecuniam offert præsidenti ecclesię, ut ipse promoueatur ad pastoris officium, & sic fiat idolum, quia sic promotus non solum inutilis est ecclesię, sed etiam nociuus, & de tali subditur: r *Impleuitque*. Quia talis non dat aliquid nisi nepotibus, & consanguineis in vita, ac scientia defectuosis, quibus dat prębendas si sit episcopus: & bona ecclesię si sit inferioris gradus: & parum, aut nihil dat pauperibus: & huic bene conuenit hoc nomen Michas, quod interpretatur quis ideſt quasi nullus. Sicut de Sobna prępposito templi dicitur. Quid tu hic? aut quasi quis &c. Sequitur: Ecce Dominus asportari te faciet sicut asportatur gallus gallinaceus. Iſai. 22. c

In capitu. xvij. vbi dicitur in postilla: Et vocatur idolum Deus in tota ista historia &c.

ADDITIO.

Si quis obiiciat quomodo sacra scriptura vtatur nomine diuino pro Deo falso, seu idolo præsertim nomine Domini tetragrammaton, quod secundum doctores catholicos, & Hebræos est incommunicabile creaturæ prout potest haberi Exodi. iij. Dicendum, quòd scriptura sacra in talibus recitat idololatrarum opinionem, licet erroneam, & falsissimam, non asserendo, sed tantummodo referendo. Idololatræ enim Gentiles, qui legem Mosaicam non susceperant: dæmonia sua deos uocant in communi: idololatræ uerò ab Israelitico ritu peruersi, qui nomen Dei tetragrammaton ex fide habuerant, hoc idem nomen suis idolis pernitiose attribuebant, prout in hoc capitulo, & in similibus reperitur &c.

Exod. 3.

A NIC. DE LYRA.

CAP. XVIII.

a Diuiſo

IN Diebus. *Hic consequēter describitur idolatrię spoliatio. vbi primo describitur spoliandi occasio. secundo spoliantiū occupatio, ibi: Profectiq; s. tertiò spoliati conquestio, ibi, Cūque iam. quartò spoliantium abusio, ibi, Posuerunt. Circa primum sciendum, quod occasio spoliationis Michæ fuit missio exploratorum à filijs Dan: qui eundo ad locum explorandum diuerterunt in domum Michę ad hospitandum ibi. quia erat homo potēs, & diues, & de filijs Israel. & hoc est quod dicitur,*

b Tribus. Dan. *Licet enim accepissent sortem possessionis suæ ab ipso Iosue: sicut & aliæ tribus: tamen in sorte eis uisibiles tribus adhuc manebant Gentiles, qui non erant adhuc deleti, nec expulsi per filios Israel: & maximè in sorte Dan, quia Amorrhæus arctauit filios Dan in monte: nec dedit eis locum, vt ad planiora descenderent. vt habetur, supra c. i. & sic intelligendum est, quòd subditur:*

†ſecundaret iter ipſorū Heb. Ioſ. 19. d †cōſiderē, quē nemo palorē ſuſ fundebat. nō poſſi dē tē regnū, nel, cui nemo īperabat, a cul a Sidonis remotum nec cōmer ciū ullō habē cum alijs hoīb. Reuerſiq; -nullus e- rit labor †tradidit enim

c Vsque ad il. *s. sufficientem pro tanta multitudine. Ideo subditur:*

d Misę. *s. ad exp'orandum ciuitatem Lais, quo possent eam capere ad habitādū ibi.*

B e Et intraſ. *erat enim homo diues, & poterat eos recipere.*

f Et agnoscē. *per loquelam enim cognouerunt, quod esset de Bethlehem. Licet enim omnes filij Israel haberent vnū idioma. s. Hebraicum. tamen aliquando aliter pronunciabatur in diuersis partibus terræ Israel sicut idioma Gallicum aliter in Normādia, & aliter in Picardia.*

g Vtentes. *i. loco ei assignato ad manendū, ad quē diuertebat ad dormiendum, & ad alia sibi necessaria. Cætera patent vsque ibi:*

g Rogauerunt. *i. falsū Deū Iam. n. diuerat, quod idola colebat vt patebit, infra. Iam n. multi de Israel declinauerant ad idololatriam.*

h Dominus. *Dicunt aliq. qd hoc dixit eis de capite suo, volēs eis loq placētia. Alij verò dicūt, q hoc dixit eis ex respōso dæmonis loquētis in idolo, vel in theraphim mō supradicto. Deus. n. permittit aliquādo dæmones dare talia responsa idolatris, quia ex malitia sua dæmerentur, q sic in erroribus nutriantur, & talia responsa aliquando sunt vera.*

†theraphī, & infra

†lætatus eſt in cor- de ſuo,

i Venerunt Lais. *sic debet scribi. Illa enim ciuitas, quæ vocatur Lachis, fuerat capta ante ab ipso Iosue, vt habetur Iosue. x. Et ista, q̄ vocatur hic Lais, vocat Lesen, Iosue. xix.*

†Congregatus eſt Ioſ. 10. f Ioſ. 19. d

k Videruntq;. *& per consequens improuisum ad resistendum aduersarijs repente supernenientibus.*

C

l Iuxta. *qa Sidon erat ciuitas fortis, & munita, & ideo habitatores eius nō timebant ab extraneis. ita nec isti de Lais, quamuis non haberent ciuitatem ita fortem.*

m Et pcu. *ta qd nō poterāt citò iuuari ab illa ciuitate.*

n Atq;. *i. non habentem fœdus societatis cum aliquibus aliis, per quos succurri ei posset. Cætera patent.*

o Profecti. *Hic consequēter describitur spoliantiū occupatio. Sexcēti. n. viri bellatores de tribu Dan euntes ad capiēdum ciuitatem Lais explorata, dum transiēt iuxta domum Michæ, abstulerunt idola, & ornamenta sacerdotalia, ducentes secum sacerdotē, de cōsensu tamen ipsius. Et patet litera paucis exceptis, quæ discurrentur exponendo.*

Ante dominum eſt ulta uclra, per quam ambulatis d. dominus dirigat uos per illam, per quam ambulare debeatis.

p Manser. *non in ciuitate, sed extra, vt patet ex hoc quod subditur:*

q Post &c. *Notis. i. cognoscere debetis. Ex quo patet, quod prædictum est. s. q̄d sciebant quinque viri supradicti idola esse in domo Michæ per Leuitam, qui eis indicauerat: aliter non alijs potuissent hoc indicasse.*

r Qā in do. *Capitulo præcēdē ti dictū est, qd significāt ista.* †Nu. 13. d

s Vt. *videlicet de ablatione idolorum, & ornamentorum ad hoc pertinentium. Et quia erant prompti ad idololatriam consequerentur, quòd hoc fieret.*

D

t Sexcenti. *parati iuuare illos, qui ingressi fuerant ad tollendum prædicta, si indigerent. Cætera patent vsque ibi.*

u Qui cum. *Bellatores. n. ita fecerūt, ne Michas, & illi, qui cum eo erant, sequentes tal'a raperent, vel parulis nocerent, qui defendere se non possent.*

† vel Scito te

x Iamq;. *Hic cōsequēter describitur spoliati conquestio. Et patet litera vsque ibi:*

y Deos. *In Hebræo hētur: Et qd mihi amplius? quasi dicere tibi, quæ tulistis ita pręciosa erant mihi, quod parum, aut nihil appretior restabat. Et*

¶ *sic intelligen-*

† prius cū exploraret terram †tulerunt

MORALITER.

Moraliter

a In diebus.

b Tribus Dan. Secundum doctores de Antichristo loquentes, ipse nascetur de tribu Dan. Propter quod inter seruos Domini signatos non fit mentio de tribu Dan. Igitur per tribum Dā cōuenienter potest Antichristus cum sibi adhærētibus designari. Per viros autem de tribu Dā missos ad cōsiderandā terrā, designant eius nūcij ad pdicationē, & dilationem sui imperij. Per Lais q̄ dē ciuitas magnarū opum, & eius terram, scilicet Iudæa dēsignāt, eò q Iudea dī i sacra scriptura

†manum tuam

Apoc. 7

† cōgregati perſecuti, ſunt filios Dā clamātes poſt eos

Allegor.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
CARROS USAL ES

E NIC. DE LYRA.

¶ *Sic intelligenda est translatio, nostra quæ habet: Et ita quæ habeo. Non enim ablatum erunt bona Michæ alia, cū esset de filijs Israel, quos spoliare nolebāt, sed tātū ac ceperunt illa, quæ erat ad cultum idolorum pertinentia, quod credebāt ad regionem pertinere in qua fortuna, & hoc est quod subditur:*

a Caue ne *id cum familia tua, & boni tuis. Cætera patent ex supra dictis vsque ibi:*

b Erat. *In Hebræo habetur: In torrente Roob.*

c Posuerunt q; *Hic consequenter describitur spoliorum abusus: quia illis, quæ ablata erant de domo Michæ, abusi sunt ad idololatriā exercendam. Et hoc est quod dicitur:* Posuerunt que sibi. *Per hoc intelligitur alia ad idololatriā ptinentia, quæ sibi posuerunt, scilicet ad exercendū idololatriā. ideo subditur:*

d Et Ionathan. *Iste est Leuites quem adduxerit de domo Michæ.*

e Ac filios. *predictorum idoloru.*

f Vsque ad diē. *facta est per Salmanassar regē Assyriorū, vt habetur. iij. Reg. Et secundum hāc expositionē by captiuitatis suæ, refertur ad tribum Dan. Hiero. autē sup literā Paral. dicit, qd refertur ad domum Domini. i. vsque ad captionem arcæ*

4.Re.17.a

In qq in 1. Paral. lon-

& omnia, quę habeo, † & dicitis: quid tibi est? Dixerunt que ei filij Dan: Caue ne vltra loquaris ad nos, & veniāt ad te viri animo concitati, & ipse cum omni domo tua pereas. Et sic cępto itinere perrexerunt. Videns autem Michas, quòd fortiores se essent, reuersus est in domum suam. Sexcenti autem viri cu le runt sacerdotem, & quæ † supra diximus, veneruntque in Lais ad populum quiescentem, atque securū & percusserunt eos in ore gladij, vrbemque incēdio tradiderunt, nullo penitus ferente præsidium, eò q procul habitarent a Sidone & cum nullo hominū haberent quicquam societatis, ac negotij. Erat autem ciuitas sita in regione Rohob. Quam rursum extruentes habitauerunt in ea, vocato nomine ciuitatis Dan, iuxta vocabulum patris sui, quem genuerat Israel, quæ prius Lais dicebatur. Posuerunt que sibi sculptile, & Ionathā filius m Gersom filij † Moysi, ac filios eius sacerdotis in tribu Dan vsque ad diem captiuitatis suæ. Mansitque apud eos idolum Michæ omni tempore, quo fuit domus Dei in Silo. In diebus illis non erat rex in Israel.

Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illustratione aduentus sui.

arcæ per Philisthæos, q̄ habetur. i. Regum, quia tunc translatum fuit tabernaculū de Silo. Et hoc dictū consonat literæ sequēti, cū dicitur:

g Mansitque. *q. d. non amplius.*

G

ge a prin. tom. 3. 1. Reg. 4. b

MORALITER.

✻ Scriptura optima terra fluēs lacte & melle. Per hoc autē qd viri de tribu Dan spoliauerunt Michā, & domū eius antequā caperēt Lachis significātē Ierusalē, significat qd Antichristus alias terras saltē plures, anteq̄ capiat Ierusalē, subiugabit sibi. Per hoc aūt, qd trib. Dan posuit idolum in Lachis, figuratū fuit, qd Antichristus in Ierusalē sit ponēdus, sicut idolum adorandus. Vñ dicit Apostolus. de ipso: Qui extollitur supra omne id qd dr Deus, aut qd colitur, ita vt in templo Dei sedeat, tanquam sit Deus. Per hoc autem, quod subditur,

f *Vsq; ad diem.* significatur, qd Antichristus per Christum sit deijciendus, sicut dicitur. Quē

† fecerat Michas,

2. Thessal. 2.a

† Manasse

ibid.b

b

c

d

e

f

g

NIC. DE LYRA. CAP. XIX.

Allego. Exod. 15.d

Dixisse

F

Vit quidam. *Hic ponitur casus secundus de vxore Leuitæ, quæ in ciuitate Gabaa mortua fuit ex nimia libi line abundantium ipsa. Circa quod sic proceditur: quia primò describitur hic sceleris perpetratio. Secundo perpetrantium vastatio. xxi. c. tertiò manifestatio facti ibi: Quā cū esset ingressus. Occasio aūt peccati fuit in hoc, quod Leuites vxorē suam quę recesserat ab eo, reduxit per ciuitatem Gabaa, in qua erāt aliqui homines pessimi & luxuriosi nimis. Circa hoc igitur sic proceditur, qa primo describitur vxoris reconciliatio. secundo reconciliatæ reductio, ibi: Die autem quarto. tertiò in Gabaa hospitatio, ibi: Occubuitque ei sol. Circa primum dicitur,*

b Qui accepit. *Hoc dicitur ad differentiam alterius Bethlehem, quæ est in tribu Zabulon, vt supra dictum est xvij. ca.*

†Pusillū panis, & conforta stomachū, fulci cor tium buccella panis

c Quæ reliquit. *In Hebræo habetur: Quæ fornicata est super eum. & sic in Hebræo videtur tangi causa recessus. vtpote, quia propter fornicationem vir eius eiecit eam: vel quia ipsa ignorante viro recessit ab eo cum adultero, & postea non fuit ausa reuerti ad maritum suum: & ideo iuit ad domum patris sui.*

d Secutusque. *Sicut frequenter contingit, quòd viri scientes vxores suas malè egisse contra legem thori, adhuc eas tamen reuocant.*

e Habens in co. *id est secum. Cætera patent in litera.*

f Die autem quarto de &cę. *Hic consequenter describitur vxoris reconciliatæ reductio. Et patet litera vsque ibi:*

¶ Considera quòd

CAP. XIX.

Vit quidam vir Leuites habitans in late re montis Ephraim, qui accepit uxorem * de Bethlehem Iuda. Quæ * reliquit eum: et reuersa est in domum patris sui in Bethlehem, māsitque apud eum quatuor mēsibus. Secutusque est eam vir suus † volens reconciliari ei, atque blandiri, & secum reducere: habens in comitatu puerum, & duos asinos. Quæ suscepit eum, & introduxit in in domum patris sui. Quod cum audisset socer eius, eumque vidisset, occurrit ei lætus, & amplexatus est hominem. Mansitque gener in domo soceri tribus diebus, comedens cum eo, & bibens familiariter. Die autem quarto † de nocte consurgens, proficisci uoluit. Quem tenuit socer, & ait ad eum: † Gusta prius pusillum panis, & conforta stomachum, & sic proficisceris. Sederuntque simul, ac comederunt, & biberunt. Dixitque pater puellæ ad generum suum: Quæso te, ut hodie hic maneas, pariterque lætemur. At ille consurgens cępit uelle proficisci. Et nihilominus † obnixè eum socer tenuit, & apud se fecit manere. Mane autem facto parabat Leuites iter. Cui socer rursum: Obsecro, inquit, ut † paululum cibi capias, & assumptis uiribus donec increscat dies postea proficiscaris. Comederunt ergo simul, surrexitque adolescens, ut pergeret cum uxore sua, & puero. Cui rursum locutus est socer:

a

b

c

d

e

f

† mane

Moraliter

† cogunt eum socer eius

† solicis cor tuum. Et tarde re fecit el vsq; ad inclinatam iam diem

MORALITER.

✻ a *Fuit quidā.* Per hunc Leuitam qui dr vir a virtute, potest allegorice

gorice Deus significari, de quo dicitur: Dominus quasi vir pugnator.

i *Qui accepit. i.* synagogam in datione legis in monte Sinai sibi coniungens eam.

k *Quæ reli.* per idololatriam multiplicites fornicando: Vnde in Hebræo habetur hic. Quæ fornicata est super eum. Et hæc fornicatio per idololatriam patet ex decursu veteris testamenti.

H

d *Secutusque.* Per quod significatur, quod Deus voluit sibi reconciliare synagogam, & ad hoc misit prophetas, per ipsos eam reuocans ab idololatria. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere, & ego suscipiam te, dicit dominus. Tandem post prophetas ipse venit in propria persona, ad reconciliandum ipsam sibi, per fidem & dilectionem. vnde dicit: Nō sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Et quoniam aliqui de synagoga receperunt eum per fidem & dilectionem, s. apostoli, & alii credentes de Iudæa. ideo subditur:

e *Quæ fuisse.* in paucis tamen personis respectiue. Moraliter autem per virum intelligitur ratio secundum August. & per vxorem sensualitas, cui ratio debet dominari sicut vir mulieri. Ipsa tamen sensualitas recedit ab obedientia rationis illicitæ, delectabilibus sensuum inhærendo. Sed tunc ratio debet esse diligens, vt ad eius obedientiam reducatur. Et quia personis ad Deum reuertentibus fide, & dilectione diabolus procurat tribulationes multas, & magnas, propter hoc apostolis, & aliis credentibus procurauit tribulationes, primo p sacerdotes, & scribas Iudęorū, vt patet Act. 8. & 9. & pluribus aliis locis. & postea per imperatores Romanorum, in quibus tribulationibus apostoli, & plures alii cum illusionibus magnis fuerunt mortui, & hoc fuit figuratum in interfectione p̄dictæ mulieris cū magna illusione. Quod autem eius interfectio fuit per terrā Israel nuntiata, p hoc significatū fuit qd apostolū

✻ aliorumq;

* concubinam * fornicata apud eum Hiere. 3. a

† volēs loqui ei ad cor. Hebr.

Act. 8. & 9. d

ANIC. DE LYRA.

¶ a Considera, quod dies. *non quia esset ita prope nocem, sed quia transierat horam meridionalem, a qua hora incipit sol declinare à sua altitudine.*

b Et uenit. *De rationibus horum nominum, & aliorum, quibus nominata est hæc ciuitas secundum diuersa tempora, dictum fuit Ge. xxviij. Ex hoc autem loco dicunt Hebræi, quod ista historia contigit tempore Othoniel ante illam, quæ scribitur in principio huius libri de captione Ierusalem per filios Iuda. quia subditur hic:*

c Non ingre. *Ex quo videtur quod adhuc filij Iuda non ceperant illam ciuitatem. Catholici autem aliqui dicunt: quod contigit ante Othoniel, eò quod in fine huius historiæ dicitur: In diebus illis nō erat rex in Israel: sic supra dictum est de historia Michæ cap. xvij.*

d Occubuitque. *Hic consequenter describitur redeuntium hospitatio, cum dicitur:* Occubuitque eis sol iuxta. *Et ideo non poterant bono modo vltra transire.*

e Et nullus. *quia boni timebant eos recipere timentes inuasionem domus suæ de nocte ab hominibus insolentibus, qui erant in ciuitate: sicut & contigit ei, qui eos recepit. Mali autem homines vagi & insolentes non habent hospitia ad recipiendum transeuntes, nec ipsi libenter declinarent ad eos. Cætera patent vsque ibi:*

f Et nunc. *hoc est in Silo, vbi erat tabernaculum, & arca testamenti, quia antequam intraret domum suam volebat Deo regratiari de hoc, quod direxerat eū in uia, & custodierat, vt ex hoc deberent homines inclinari ad ipsos recipiendum.*

g Illis epu. *Describitur peccandi occasione: hic consequenter describitur peccati perpetratio, cum subditur:* Venerunt viri &c. *Quod autem sequitur:*

h Idest. *Non est in Hebræo, sed est interpretatio huius dictionis Belial, quia tales homines sunt sine disciplina, & timore Dei.*

i Fores pulsare cœperunt claman. *cum tamen secundum dictamen rationis rectæ peregrini in hospitio debeant esse securi.*

k Educ uirum, qui ingressus &cę. *ut ab. eo. concubitu Sodomitico: vt communiter dicunt expositores. Iosephus autem dicit, quod non quærebant nisi mulierem, sed sic loquebantur, vt inclinarent dominum domus, & maritum mulieris ad tradendum eam. Vnde & in fine intentabāt viro mortem nisi traderet eis vxorem suam, secundum quod allegat cap. sequenti dicens: Volentes me occidere &c. Et hoc videtur ex hoc, quòd tradita eis vxore fuerunt contenti, vt habetur infra.*

l Habeo filiam. *Dicunt aliqui, quod non peccauit offerendo eis filiam suam, ad euitandum maius malum scilicet peccatum contra naturam, quod ipsi prætendebant ad iniuriam hospitum suorum. Sed hoc non est uerum quia nullus debet consentire in hoc, quod est peccatum, maximè mortale de genere, vt euitet in alio maius peccatum, prout declaratum fuit diffuse Gene. xix. de Lot, qui in casu consimili voluit tradere filias suas virgines.*

† Considera, quòd dies ad occasum decliuior sit & propinquet ad uesperum. Mane apud me etiam hodie, & duc ętū diem, & cras proficiscēris, vt vadas in domum tuā. Noluit gener aquiescere sermonibus eius, sed statim perrexit, & venit † contra Iebus, quæ altero nomine vocabatur Ierusalem: ducens secum duos asinos onustos, & concubinam. Iamque aderant iuxta Iebus, & dies mutabatur in noctem. Dixit q; puer ad Dominum suū: Veni obsecro, declinemus ad vrbem Iebusæorum, & maneamus in ea. Cui respōdit Dominus: Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ nō est de filijs Israel, sed trāsibo vsque Gabaa: & cùm illuc peruenero, manebimus in ea, aut certè in vrbe Rama. Transierunt ergo Iebus, & cœptum carpebant iter: occubuitq; eis sol iuxta Gabaa, quæ est in tribu Beniamin, diuerteruntq; ad eam, vt manerēt ibi. Quò cùm intrassent, sedebāt in platea ciuitatis, & nullus eos recipere volebat hospitio. Et ecce apparuit homo senex reuertens de agro, & de opere suo vesperi, qui & ipse de monte erat Ephraim, & peregrinus habitabat in Gabaa. Homines autem † regionis illius erant filij Iemini. Eleuatisque oculis uidit senex † sedentē hominem cū sarcinulis suis in platea ciuitatis, & dixit ad eum: Vnde uenis, & quò uadis? Qui respōdit ei: Profecti sumus de Bethlehem Iuda, & pergimus ad locum nostrū, qui est in latere montis Ephraim, vnde ieramus in Bethlehem. Et nunc vadimus ad domum Dei, nullusque sub tectum suū nos vult recipere, habentes paleas, & fœnum in asinorum pabulum: & panem ac vinum in meos, & ancillę tuę vsus & pueri q mecū est: nulla re indigemus nisi hospitio. Cui respondit senex: Pax tecum sit. Ego præbebo omnia, quæ necessaria sunt, tātùm quæso ne in platea maneas. Introduxitq; eum in domum suam, & pabulum asinis præbuit ac postquam lauerūt pedes suos, recepit eos in cōuiuiū. Illis † epulantibus, & post laborem itineris cibo, & potu reficiē tibus corpora, venerūt viri ciuitatis illius † filij Belial, id est abscq; iugo, & circundantes domum senis, fores pulsare cœperunt: clamantes ad Dominū domus atq; dicētes: † Educ virum, qui ingressus est domum tuam, vt abutamur eo. Egressusq; est ad eos senex, & ait: Nolite fratres, nolite facere malum hoc, quia ingressus est homo hospitium meū, & cessate ab † hac stultitia. Habeo filiam uirginem, & hic homo habet concubinam: educam eas ad vos, vt † humilietis eas, & vestram libidinem compleatis: tātū obsecro, ne scelus hoc contra naturam operemini in virum. Nolebant ac quiescere sermonibus illius. Quod cernēs homo eduxit ad eos cōcubinam suam, & † eis tradidit illudendam. Qua cū tota nocte abusi essent, dimisērūt eam mane. At mulier recedentibus tenebris, venit ad ostium domus, vbi manebat Dominus suus, & ibi corruit. Mane facto surrexit † homo, & aperuit ostium, vt cęptam expleret viam: & ecce * concubina eius iacebat ante ostium, † sparsis in limine manibus. Cui ille, putans eam quiescere loquebatur: Surge, & ambulemus. Qua nihil respondente, intelligens quòd erat mortua tulit eam, & impositi asino, reuersusque est in domum suam. Quam cùm esset ingressus, arripuit gladium, & cadauer uxoris cum ossibus suis in duodecim partes, ac frustra concidens, misit in omnes terminos Israel. Quod cùm vidissent singuli conclamabant: Nunquam res talis facta est in Israel * ex eo die quo ascenderūt patres nostri de Aegypto usq; in præsens tēpus. † Ferte sententiam, & in cou mune decernite, quid facto opus sit.

B

† iucunditate afficientib. cor suū Heb.

† hoc scelere.

† cognouerunt eam

-putans eā quiescere

lib. 3. antiq. c. 2. longe a princ.

* nec uisa

† Cōsidera te illud,

a

b

c

d

e

f

g

h

i

k

l

m

n

o

p

q

r

† sedentē

† filij impertij

† Ge. 19. b

† vt affligatis

† dns eius * mulier

-intelligēs q; erat mortua

q Arripuit gladium &cæ. *Erant enim. xij. tribus præter tribum Leui. Tribus autem Manasse erat diuisa in duas partes, quarum vna erat vltra Iordanem, alia citra, & sic pro illa tribu fecerit duas partes, aliter non fuisset notificatum facłum sufficienter. pro tribu vero Beniamin non fecerit aliquam partem, quia nuntios per quos misisset, occidissent: neque pro tribu Leui, quia erat dispersa per omnes tribus: & ideo denuntiato facto alijs tribubus sufficienter erat denuntiatum tribui Leui.*

r Misit in omnes terminos Israel. *scilicet per nuntios, qui factum, & modum faciendi populo explicabant. Cætera patent.*

MORALITER.

✻ aliorumque sanctorum martyria debent denuntiari per totam ecclesiam: ut fideles eorum constantiam imitentur, & deuotione debita venerentur.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E GLOSS. ORDIN.

CAP. XX.

Egressi itaque &c. Sequitur.

b Consuluerunt. Greg. Qui semetipsum non iudicat, quid in alio recte iudicet: ignorat: & si nouit fortasse per auditum, quod recte iudicare debeat: recte tamen iudicare aliena merita non valet, cui conscientia propriæ innocentiæ nullam iudicij regulam præbet. Hinc est, quod cum tribus Beniamin in carnis scelere fuissent obruta, collectus omnis Israel iniquitatem vlcisci voluit, sed tamen semel, & iterum in bello prostratus est. Consulto autem domino si ad vlciscendum ire debuissent, iussum est vt iret. Qui iuxta imperium diuinæ vocis perrexit, semel & secundo perdidit, & tunc demum peccatricem tribum valde feriens, pene funditus extinxit. Quid est ergo, quod vltione sceleris inflammatur, & prius ille prosternitur, nisi quod prius ipsi purgandi sunt per quos aliorum culpæ feriuntur, vt ipsi iam mundi per vltionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinant? vñ: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Ad aliena quippe peccata punienda ibant, & sua relinquebant. Reuocentur igitur intus ad conscientiam, vt prius propria peccata corrigant, & tunc aliena reprehendãt. Vnde necesse est, vt dum contra nos vltio diuina cessat, ipsa conscientia se reprehendat, & ad lamenta pœnitentiæ contra semetipsam erigatur, ne contra bonos elata, & sibi humilis, sed cõtra se trigida, bonis vero oib. sit submissa.

† Israel

Iohan. 8. a

F

NIC. DE LYRA. CAP. XX.

Diuisio

Egressi itaque. *Hic consequenter describitur peccantium vastatio: vbi primo facti veritas disquiritur, secundo iustitiæ æquitas requiritur, ibi: Et miserunt. tertio iniquitas desinitur, ibi: Qui noluerunt. quarto iustæ inuaditur, ibi: Virorum quoque Israel. Circa primum dicitur*, Egressi itaque sunt omnes. *Sequitur,*

b De Dan. *Hic exprimitur longitudo terræ Israel, quia ciuitas Dan est in termino eius aquilonari, & Bersabee in termino australi.*

c Et terra Galaad. *In hoc exprimitur latitudo, quæ incipit à terra Galaad, quæ est vltra Iordanem: & protenditur vsque ad mare mediterraneum.*

d Omnesque anguli. *Hebraice dicunt, domini populorum. i. capitanei in tribubus & in familijs.*

e Et cunctæ tribus. *excepta tamen tribu Beniamin.*

†videq; ca. huius libr. de Aod

f In ecclesiam. *i. congregationem. Tunc enim non fuerunt congregati in Silo, vbi erat domus Dei sed in Maspha.*

g Interrogatusque. *quia non debet procedi ad punitionem tanti facti absq; disquisitione diligenti.*

h Respondit veni. *modo expresso cap. præcedenti.*

†3. q. 7. qui sine

l. 5. antiq. cap. 2. longe a princ.

i Volentes me occidere. *nisi eis tradidero vxorem meam, secundum dictum Iosephi, Velt Volentes me occidere, si fugiendo me carnali concubitu, & nefario, secundum dictum aliorum.*

k Nunquam tantum nefas', & tam grande piaculum factum est in Israel. G

Piacul.

Piaculum dicitur à pio pias: quod significat purgare. Vnde dicitur piaculum, quasi factum nullo modo absque purgatione pœnæ transeundum. Sciendum tamen, quod Leuita non solum factum retulit, sed etiam testibus probauit. Sperseruũ, quem habebat in comitiua, & per eũ, qui receperat eos hospitio, & familiam eius, aliter non esset procedendum contra filios Beniamin ad bellum ad dictum vnius hominis.

l Stãsq; omnis. *ex ad miratione facti.*

m Quasi vnius hominis sermone. *id est concorditer, & sine retractione, & dilatione. ideo subditur.*

n Non recedemus in tabernacula nostra &c. *Cætera patent in litera.*

o Et mi. *Hic consequenter iustitiæ æquitas requiritur, videlicet vt actores scelestis tradantur, cum dicitur,*

p Cur tantum nefas in vobis repertũ. *quasi dicerent, nullo modo debetis sustinere auctores tãti mali. ideo subditur.*

q Tradite homines &c. Et auferatur malum de Israel. *quia experimento didicerant, quod pro flagitio vnius vel pauciorum infortunium veniebat super totum populum: sicut dictum fuit Iosue vii. de peccato Achan.*

r Qui noluerunt. *Hic consequenter iniquitas proterue defenditur: quod notatur cum subditur.*

s Conuenerunt in Gabaa, vt illis ferrent au. &c. Inuentique sunt ui. quinque &cæte. *In Hebræo habetur: Viginti sex millia. Et videtur hic litera nostra corrupta per aliquos correctores, qui ex hoc quod infra eodem cap. connumeratur viri de Beniamin, qui ceciderunt in prælio: inueniuntur tantum vigintiquinque millia, atque sexcenti viri, qui fugerunt: propter quod ab isto numero subtraxerunt mille ex ignorantia Hebraicę veritatis.*

t Et sic fundis lapi &c. *Locutio est hyperbolica ad exprimendam excellentiam artis fundibularię in ipsis. Sicut aliquando dicitur: Tota ciuitas currit ad tale spectaculum, cum tamen aliquando maior pars remaneat.*

u Virorum quoque Israel absque filiis Benia. *Hic consequenter contumacia iustę inuaditur per bellum apertum, vbi primo reprimitur superbia. & secundo confunditur contumacia, ibi: Quamobrem. Circa primum sciendum, quod licet filij Israel haberent iustum bellum, tamen nimis confidebant in sua multitudine, & fortitudine. Ideo Dominus permisit eos bis in principio debellari, vt humiliarentur & ad Deum recurrerent, magis confiden-*

¶ tes de

MORALITER.

* a Egressi sunt &c. *ad puniendum tam nefarium peccatum in morte vxoris Leuitæ nequiter perpetratum, aduertendum tamen quod licet haberent bellum iustum contra filios Beniamin: tamen antequam haberent victoriam bis fuerunt ab eis debellati: quod fm Hebræos contigit propter idolum Michæ, quod in tribu Dan colebatur publicè, & hoc erat populo Israel notorium: & sic tenebatur punire, sicut præcipitur Deut. propter quod dominus iustud peccatum, qđ erat primũ, & communius voluit primo punire per gladios filiorum Beniamin. Et in hoc documentum habẽt procedẽtes ab bellum iustum*

H

†fœditate

†socij

Diuisio

†Qđ male est hoc, quod factum est inter nos

†sex

†Bethel Deut. 13.

A NIC. DE LYRA.

¶ tes de virtute diuina, quam de iust. *Hebræi autem dicunt, quòd istud contigit eis, eo quod negligentes erant de punitione idololatriæ in domo Micha, & in tribu filiorum Dan: quod quidem factum contigerat immediatè ante illud: vt dicunt Hebræi, & fuerat notorium: propter quod filij Israel tenebantur illud corrigere, quia fuit ita graue, & grauius illo. Sicut & communitas populi Israel voluit ire ad prælium contra Ruben & Gad, & dimidiam tribum Manasse, eò quod credebant eos ædificasse altare sacrilegum, Iosue xxii. Satis conuenienter potest dici, quod vtrumque dictorum fuit in causa debellationis populi Israel per filios Beniamin in principio, vt sic peccatum primum prius puniretur, quam secundum. His dictis veniamus ad literam: quæ patet vsque ibi.*

Iud. 22. c

a Iudas sit dux vester. *idest tribus Iuda sit principalis, & prima: & ille, qui est capitaneus in illa tribu, sit dux exercitus.*

b Rursum filij Israel & fortitudine, & numero con. *Et quo patet quod supra dictum est, quod nimis præsumebant de seipsis ratione multitudinis, & fortitudinis. Cætera patent in litera.*

Diuisio

c Quamobrem. *Hic consequenter confunditur contumacia:*

B *vbi primo describitur filiorum Israel humiliatio, & secundo filiorum Beniamin confutatio, ibi: Posuerunt que. Circa primum dicitur: Quamobrem. idest propter casum suorum precedentem.*

d Omnes filij Israel uenerunt &cæ. *Verum autem venerunt in Silo, vel vtrum domus Dei hic vocetur arca testamenti & tabernaculum, quę aliquando portabantur ad exercitum, vt habetur. 1. Regum. non habetur expresse. veruntamen satis videtur, quod conuenerunt in Silo, quia ciuitas Gabaa, quam oppugnabant, non est longe à Silo, sed satis propè: ita quòd poterant illuc satis conuenienter accedere absque arca, & tabernaculi translatione.*

1. Reg. 4. a

†Israel exiebant e loco suo, à speluncis, vel de latibulo, Gabaa

e Eo tempore ibi erat arca domini. *Quod autem subditur: in Silo, non est in Hebræo, sed subintelligitur, quia arca non fuit transposita ad exercitum, veruntamen vbicunque erat arca, cum qua transferebatur tabernaculum, & altare holocaustorum, poterat ibi sacrificium fieri.*

f Et Phinees filius Eleazari filij Aaron præpositus domus. *id est summus sacerdos.*

g Consuluerunt igitur dominum atque dixerunt *per ipsum Phinees. Cætera patent.*

i Posuerunt que filij Israel insidias per circumitum &cęte. *Hic consequenter describitur filiorum Beniamin confutatio. Iustum enim erat, quòd eorum contumacia*

bus respondit: Dominus: Iudas sit dux uester. Statimq; filij Israel surgentes mane castrametati sunt iuxta Gabaa, & inde procedentes ad pugnam contra Beniamin, vrbem oppugnare cœperunt. Egressi que filij Beniamin de Gabaa, occiderunt de filijs

b Israel die illo uiginti duo millia uirorum. Rursum filij Israel, †& fortitudine, & numero confidentes in eodem loco, in quo prius certauerant aciem direxerunt: ita tamen, ut prius ascenderent, & flerent coram Domino usque ad noctem: consulerétque eum, & dicerent: Debeo ultra procedere ad dimicãdum contra filios Beniamin fratres meos, an non? Quibus ille respondit: Ascendite ad eos, & inite certamen. Cumque filij Israel altera die contra filios Beniamin ad prælium processissent, eruperunt filij Beniamin de portis Gabaa, & occurrentes eis tanta in illos cęde bacchati sunt, ut decẽ, & octo millia

c uirorum educentium gladium prosternerent. Quamobrem omnes filij Israel uenerunt in † domum

d Dei, & sedentes flebant coram Domino. Ieiunauerunt que die illo usque ad uesperam, & obtulerunt ei holocausta, atque pacificas uictimas, & super ista

e tu suo interrogauerunt. Eo tempore ibi erat arca

f fœderis Domini, & Phinees filiꝰ Eleazari filij Aarõ

g †præpositus domus. Consuluerunt igitur Dominum, atque dixerunt: Exire ultra debemus ad pu-

h gnam contra filios Beniamin fratres nostros, an quiescere? Quibus ait Dominus: Ascendite. Cras

i enim tradam eos in manus uestras. Posuerunt que filij Israel insidias per circumitum urbis Gabaa, & tertia uice sicut semel & bis, contra Beniamin exercitum produxerunt. Sed & filij Beniamin audacter eruperunt de ciuitate, & fugientes aduersarios longius persecuti sunt, ita ut uulnerarent ex eis, sicut primo die, & secundo, & cęderent per duas semitas uertẽtes terga, quarum una ferebatur in Bethel, & altera in Gabaa, atque prosternerent triginta circiter uiros. Putauerunt enim solito eos more cędere. Qui fugam arte simulantes, inierunt consilium, ut abstraherent eos de ciuitate, & quasi fugiẽtes ad supradictas semitas perducerẽt. Omnes itaque filij Israel surgentes de sedibus suis, tetenderunt aciem in loco qui uocatur Baalthamar. Insidię † quoque quæ circa urbem erant, paulatim se aperire cœperunt & ab occidentali urbis parte procedere. Sed & alia decem millia uirorum de uniuerso Israel habitatores urbis ad certamina prouocabant. Ingrauatumq; est bellum contra filios Beniamin, & non intellexerunt, quòd ex omni parte illis instaret interitus. † Percussitque eos Dominus in conspectu filiorum Israel, & interfecerunt ex eis in illo die uiginti quinq; millia & centũ, uiros omnes bellatores, & educentes gladium. Filij autem Beniamin cum se † inferiores esse uidissent, cœperunt fugere. Quod cernentes filij Israel dederunt eis ad fugiendum locum, ut ad præparatas insidias deuenirent, quas iuxta urbem posuerant. † Qui cum repente de latibulis surrexissent, & Beniamin terga cędentibus daret, ingressi sunt ciuitatem, & percusserunt eam in ore gladij. Signum autem dederant filij Israel his, quos in insidijs collocauerant, ut postquam urbem cæpissent, ignem acciderent ut ascendente in altum fumo captam urbẽ demonstra

contumacia puniretur. *Et quia litera videtur intricata, eò quòd secundum modum loquendi Hebraicum idem pluries aliquibus interpositis replicatur: Ad intellectum ipsius sciendum, quod exercitus filiorum Israel fuit in tres partes diuisus, inæquales tamen. Vna pars fuit posita retro ciuitatem in insidijs, vt cum filij Beniamin ciuitatem exirent, ipsi intrarent, & comburerent ciuitatem: atque occurrerent filijs Beniamin, si de bello vellent refugere ad ciuitatem. Alia pars in qua erant decem milia bellatorum, ante ciuitatem prouocabant filios Beniamin ad bellum: Et cum filij Beniamin exissent contra eos inceperunt fugere versus duas semitas, vt sic filij Beniamin eos insequentes, a ciuitate se aliquantulum elongarent, & sic daretur insidijs latentibus spatium intrandi ciuitatem, & comburendi: & cum hoc filij Beniamin inciderent in tertiam partem filiorum Israel, in qua erat multitudo exercitus, quę erat iuxta duas semitas prædictas. & sic factum est: Et per talem modum fuerunt debellati filij Beniamin, & ferè omnes trucidati quia erãt inter aduersarios inclusi. His dictis, patet litera satis longa vsque ibi:*

C

† conforta et roborati

flebat ante eam. i. præfectus erat ipsi arcæ tœuentis.

¶ Et sic factum

MORALITER.

* lum iustum, vt diligenter consideret, ne habeant in se notabile peccatum per aduersariorum gladios puniendum.

D

i Exire vltra debemus ad pugnam contra filios Beniamin fratres nostros, an quiescere? Quibus ait dominus: Ascendite. Cras enim tradam eos in. Per hoc autem quod fratres uocant illos, quos impugnant, ostenditur quòd licet vitia sint punienda, natura tamen est diligenda. Moraliter per hoc bellum filiorum Israel contra Beniamin, bellum contra vitia designatur, in quo bello tria requiruntur, scilicet contritio vera, confessio integra, & satisfactio perfecta. Confessio designatur per hoc, quod dicitur: Iudas sit dux uester. Iudas enim confessio uel confitens interpretatur. Contritio verò per hoc, quod ante congressum uenerunt coram Domino, & fleuerunt. Satisfactio uero per hoc, quod dicitur: Ieiunauerunt que die illo, & obtulerunt holocausta. Et sic habuerunt plenam uictoriam: per quam designatur plena victoria de peccatis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

E NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et sic factum est. & sequitur.

b Remanserunt. *Secundum autem Hebraicam veritatem de filiis Beniamin erat xxv. milia. & cum hoc sexcenti viri de ciuitate Gabaa, vt supra dictum est: & sic desunt mille. & sexcenti viri. Et de istis dicunt Hebræi, quod refugerunt ad ciuitates alias de sorte Beniamin, vnde venerant in Gabaa, ut supra habitum est. Homines enim fugientes de prælio fugiunt ad diuersa loca, secundum quod melius possunt: & in illis ciuitatibus fuerunt interfecti cum mulieribus, & animalibus, & hoc videtur per hoc quod subditur.*

c Regref. *post victoriam in campo habitam. Cætera patent.*

NIC. DE LYRA.

CAP. XXI.

IVrauerunt quoque. *Hic consequenter describitur tribus Beniamin dissipatæ reparatio. Circa quam primo describitur effectus compassionis secundo effectus reparationis, ibi: Idcirco dixerunt. Circa primum propositum motium compassionis cum dicitur: Iurauerunt quoque. Hoc iurauerunt ante bellum. Et quia illi, qui euaserant, non poterant accipere vxores alienigenas: cum esset lege diuina prohibitum: ideo non videbatur via, qualiter tribus Beniamin reparari posset per generationem: quia omnes mulieres tribus Beniamin fuerant interfectæ, quod satis miserabile videbatur, quòd vna tribus tota de populo Israel deleretur: maxime cum hoc Dominus non præcepisset. sed tamen dixisset: Cras tradam eos in manus vestras, vt habetur ca. præcedenti. ideo subditur.*

b Leuauerunt uocem. &c. Alter. &cæt. ex al. *quia forte illud, quod erat ibi prius, erat dissipatum: uel fortè, quia arcam transportauerant ad exercitum: & reportatio ad locum suum, & situatio vocatur hic exructio.*

c Obtuleruntque ibi holocausta, & pacificas victimas. *pro gratiarum actione de victoria habita, licet compateretur tribui Beniamin sic dissipatæ.*

d Et dixerunt. Quis non ascendit. *Cuius causa subditur cum dicitur.*

e Grandi enim iuramento se constrixerant, cum essent in Maspha interfici eos, qui defuissent. *eò quòd bellum contra filios Beniamin pertinebat ad totam communitatem populi, cui sufficienter, fuerat nuntiatum sceleus eorum, vt patet per prædicta.*

f Idcirco dixerunt. *Hic consequenter describitur tribus Beniamin reparatio studiosa. & primo per mulieres eis datas, secundo per mulieres ab eis acceptas, ibi: Dixeruntque maiores natu &c. Circa primum dicitur.*

g Quis est de uniuersis tribubus &c. *Hoc autem quæsierunt duplici de causa. Vna, vt occiderentur ratione iam dicta. Secunda vt virgines ibi repertæ filijs Beniamin, qui de bello euaserat, darentur.*

h Et ecce inuenti sunt habi. *Et modus huius inuentionis subditur cum dicitur:*

i Eo quoque tempore. *scilicet filij Israel redeuntes de prælio, vt gratias agerent Domino, ut prædictum est.*

k Nullus ex eis. *s. de habitatoribus Galaad.*

l Ibi repertus. *Et per hoc scitum fuit, quod non fuerant in prælio: quia redijssent in Silo ad reddendum gratias cum aliis: ideoque quitur punitio eorum, cum dicitur:*

m Ite & percutite habitatores Iabes Galaad in ore gla. &c. *In detestationem enim sui criminis, quia subtraxerant se a negotio totius communitatis, facta est tata punitio.*

¶ Inuentæque

MORALITER.

a *Iurauerunt quoque filij &c.* In hoc capitulo consequenter describitur compassio filiorum Israel super tribum Beniamin, quam destruxerant paucis exceptis: & eorum diligentia ad ipsius reparationem. In hoc autem documentum habent iudices temporales, & ecclesiastici, seculares & religiosi compatiendi punitis per eos, & reparandi defectus, prout potest fieri bono modo. Si tamen aliqua persona singularis sit morte puncta, reparatio locum non habet in ea: sed in illis, qui peiorati sunt per eam. Nam eius morte territi retrahuntur ab actu peccandi. Si vero communitas morte punita fuerit in aliqua sui parte debent esse solliciti qualiter in remanentibus reparetur, prout secundum Deum fieri poterit. Si autem punitio non sit fienda per mortem; solliciti debent esse punientes, ne punitio per sui duritiam ad desperationem inducat, nec per sui lenitatem occasionem tribuat delinquendi. *Gregor.* Inesse bonis rectoribus debet iustè consulens misericordia, & piè sæuiens disciplina. ne iustitia nimis sit aspera, & pietas sit remissa. Per hoc autem quod filiis Beniamin remanentibus datæ fuerunt uirgines ad suæ tribus reparationem significatur, quod peccatoribus sufficienter punitis debent dari exhortationes sanctæ, ad bonorum omissorum (prout fieri potest) recuperationem.

*uocauerunt, eos

† populúque pœnituit ipsius Beniamin quod fecisset dominus fractu ram in tribub. Israel. ‡ diuisoc cidisset unam tribú ex Israel.

† oportet aũt vt hæreditatem habeãt. q ex Beniamin diuiserunt

† Et racemauerunt eos ad uiã ascensus. i. nõ dimiserunt ex eis racemum, uel minimum

† fortes *Arabica*

*forè

*Israelitæ

†Videntes sibi filij Beniamin. q̃ perciuitatem

† de ciuitatib. subaudi exibat, perdebantur, uel occidebãtur in medio eius, uel in ipso loco, in quo offendebant ab Israelitis

*vsque ad Gidehon *Iosue*

†Reliqui conuersi

*ad filios Beniamin

†in Bethel

*qui remãserunt

† per dñm 1. 2. *paral.* 6. *civ. sa.* 1. *& li.* 10. *mor. cap.* 8. *post pr. s.* 1.

†numerus est reb & nullæ et habitatores Iabes Galaad

† duo ded

A NIC. DE LYRA.

¶ a Inuentæque sunt de Iabis. *Si autem quæratur qualiter cognoscebãt eas ab aliis? Potest dici sicut dictum fuit Nu. xxxi. de virginibus Madianitarum scili. quod faciebant mulieres transire ante arcam domini: & ex signo ibidem dato cognoscebant, quæ essent virgines, & quæ non.*

b Miserũtq; nũtios. ad filia. Beni, q̃ ducerẽt illas virgines.

c Et præceperunt eis, vt eas susciperent in pace. *In hebræo habetur: Præceperunt eis vt eos susciperent in pace. Et vtrumque fuit verum, quia præceptum fuit filijs Beniamin, quod reciperent illas virgines in vxores, & virginibus, quòd in hoc consentirent.*

d Dixeruntq;. *Hic consequẽter describitur reparatio dictæ tribus per mulieres ab eis captas, de consilio tamen, & voluntate maiorum de Israel. Circa quod primo ponitur dictorum maiorum consultatio. secundo consultationis deuitatio, ibi: Præceperuntq;. Circa primũ dicitur:* Dixerũtq; maiores natu. *ad quos spectabat cura totius populi.*

e Quid faciemus reliquis. *qa adhuc remanebant cc. viri de Beniamin absq; uxoribus.*

f Filias &c. dare nõ pos. *Dicitur tamen cõiter, qd̃ poterãt ga filij Beniamin nõ poterant ducere alienigenas vxores, & sic iuramentũ illud videbatur esse cõtra charitatẽ, qa erat cõtra reparationẽ vnius trib. q̃ reparatio cedebat in bonũ cõtatis totius populi: & ideo nõ erat seruãdũ. Veruntamen, qa tũc tps horridũ erat frãgere, qd̃ cũq; iuramẽtũ, ío habuerũt aliud cõsiliũ, videlicet qd̃ filij Bẽiamin no habẽtes vxores de nivẽ latẽter ppe locũ Silo, & ibi de virginib. ducẽtib. choros acciperẽt sibi sc̃m numerum suum*

B

a gnouerunt viros, interficite: virgines autem reseruatæ. Inuẽtæq; sunt de Iabes Galaad quadringentæ virgines, quæ nescierunt viri thorum: & adduxerunt eas ad castra in Silo in terram Chanaan. Miseruntque nuntios ad filios Beniamin, qui erant in petra Remmon, & † præceperunt eis, vt eas susciperent in pace. Veneruntque filij Beniamin in illo tempore, & datæ sunt eis vxores de filiabus Iabes Galaad: alias autem non repererunt, quas simili modo traderent †. vniuersusque Israel ualde doluit, & egit pœnitentiam super interfectione vnius tribus ex Israel: dixeruntque maiores natu: Quid faciemus reliquis, qui non acceperunt vxores? Omnes in Beniamin fœminæ conciderunt: †& magna nobis cura, ingentiq;ne studio prouidendum est, ne una tribus deleatur ex Israel. Filias enim nostras eis dare non possumus, constricti iuramento, & maledictione, qua diximus: Maledictus, qui dederit de filiabus suis uxorem Beniamin. Ceperuntque consilium, atque dixerunt; Ecce solennitas Domini est in Silo anniuersaria, quæ sita est ad septentrionem urbis Bethel, ad orientalem plagam uiæ, quæ de Bethel tendit ad Sichimam, & ad meridiem oppidi Lebona. Præceperuntque filijs Beniamin, atque dixerunt: Ite, & latitate in uineis. Cumque uideritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere, exite repente de uineis, & rapite ex eis singuli uxores singulas, & pergite in terram Beniamin. Cumque uenerint patres earum ac fratres, & aduersum uos queri cœperint, atque iurgari, dicemus eis: Miseremini eorum. Non enim rapuerunt eas iure bellantium, atque uictorum, sed rogantibus, ut acciperent, & non dedistis: & a uestra parte peccatum est. Feceruntque filij Beniamin, ut sibi fuerat imperatum, & iuxta numerum suum rapuerunt sibi de his, quæ ducebant choros uxores singulas: abieruntq; in possessionem suam ædificãtes urbes, & habitãtes in eis. Filij quoq; Israel * reuersi sũt p tribus, & familias in tabernacula sua*. †In diebus illis nõ erat rex ī Israel, sed unusquisque, qd̃ sibi rectum uidebatur, hoc faciebat.

C

D

*Rapinæ per ginum de Silo excusatio

-atque uiorum;

*in tempore illo

* vnusquisque ad hæreditatem suam

†supra. 17. c. & 18. a

Liber Iudicum finit.

NIC. DE LYRA. CAP. I.

IN diebus. *Hic consequenter ponitur tertius casus. s. ipsius Ruth. Et diuiditur in quatuor partes. quia primo scribitur ipsius Ruth cõuersio gratiosa. secundo eius conuersatio virtuosa. tertio connũtio legalis. quarto copulatio matrimonialis. Partes ẽt scipiũt 7 quatuor capitulis huius historiæ. Prima adhuc in duas. qa primo describitur cõuersionis occasio. sc̃do ipsa cõuersio, ibi, Cui dixit Noemi. Occasio aũt cõuersionis Ruth ad Iudaismũ fuit, eo qd̃ fuit despõsata filio Elimelech Iudæo pegrinãti in terra Moab. Et io prio describit ipsius Elimelech pegrinatio. sc̃do ipsius Ruth despõsatio ibi, Qui acceperũt. Circa primũ primo describitur tps pegrinationis huius cũ dicitur,*

a In diebus. *Quis aũt hic fuerit, varie dicitur. Dicit. n. magister in historijs, & alij expositores alij: qd̃ iste iudex fuit Heli, q cum hoc vsurpauit sibi sacerdotium, quia non fuit de Eleazar, sed de Ithamar. Licet autem illud sc̃m dictum sit verum ẽtum ad hoc, qd̃ Heli non fuit de Eleazar, sed de Ithamar non tamen videtur verum, quod sibi vsurpauerit sacerdotium quia dicitur ipsi Heli in pſona Domini, Loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in cõspectu meo vsq; ī sempiternum &c. Ex quo videtur, quod illud sacerdotium habuit ex ordinatione diuina. vt dicetur ibidem plenius. Primum etiã dictum nõ videtur verũ: videlicet q̃ peregrinatio Elimelech, q̃ hic describitur, contigerit tempore Heli. quia a principio, quo incepit iudicare Israel vsque ad principium regni Dauid fluxerunt tuntum. lxxx. anni prout fuit declaratũ. supra. Iudicum. xi. c. In isto igitur tempore oportuit secundum istud dictum, q̃ peregrinatio Elimelech fuerit, & q̃ Booz de Ruth Obed genuerit, & Obed Iesse, & Iesse Dauid, & vita ipsius Dauid vsque ad principium regni sui. Quod non videtur verum: Primo quia de isto tempore fluxerũt vndecim anni ad minus ante natiuitatem Obed, videlicet decem anni, quibus Noemi mansit in regione Moab, vt habetur in hoc cap. & vnus annus ante natiuitatem Obed, quia dato quod Booz statim acceperit Ruth post aduentum eius in Bethlehem cum Noemi, tamen antequam natus fuisset de ea Obed transiuisset annus vndecimus totus, vel saltem fere. Item Dauid vixit. xxx. annis antequam cepit regnare, vt habetur. ij. Regum. Item Iesse pater Dauid iam erat senex, quando genuit Dauid, vt videtur, quia habuit sex filios ante eum, vt habetur. 1. Reg. & 1. Pa. & sic habuit. xxxix. annos ad minus, vt videtur quando genuit Dauid. Hoc etiam patet ex hoc, quod dicitur 1. Regũ. quòd erat senex, & grandæus, etiam emerit militiæ, quando Dauid adhuc adolescẽs missus fuit ab ipso ad visitandum fratres suos. Si autem isti anni simul contingantur, faciunt annos lxxx. & sic non remanet aliquod tempus vitæ ipsius Obed, quousque posset generasse ipsum Iesse. Posito etiam cum hoc, quòd Elimelech a primo anno Heli cœpisset peregrinari propter quod non videtur verum, quod historia Ruth fuerit tempore Heli, sed ante. Et ío aliter dicũt Hebræi, et melius, vt videtur, qd̃ iste iudex fuit Abesan de quo dictũ fuit Iudi. xij. q̃ fuit ante Heli quadraginta septẽ annis, vt patuit ex*

a qSynagoga.

Liber Ruth incipit.

Caput. I.

IN diebus unius iudicis, qñ iudices pẽrant,

2. Reg. 5. a

1. Reg. 16. b

1. Paral 2.

1. Re. 17. b

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E GLOSS. ORDIN.

CAP. I.

IFacta est. Propter paucitatem spiritualium doctorum, quibus iudicādi datur autoritas, facta est fames verbi Dei, quando lex etiam per Iudaicas traditiones corrupta est.

b Abiit homo. Rab. Christus. s. in Bethlehem Iuda natus peregrinationem huius mundi visitauit. cum vxore sua. i. ecclesia: & cum duobus liberis, duobus. s. ordinibus prophetarum & apostolorum, qui sanguine Christi a peccati seruitute sunt liberati. *Abiit homo.* Ra. Quem quidā decalogum legis intelligūt, & vxorem eius synagogam, & duos filios regalem honorem, & sacerdotalem, qui non solum in gente Iudeorum, sed & proselytorum copulam sibi acquirebāt, sicut in tpe Dauid &, Salomonis, & aliorū factum est.

c Mahalon. Qui de fenestra, vel a principio. Hic est chorus prophetarum, p quos de fenestra primum fidei lumen in orbē processit, qui etiam veri luminis, id est Christi primi prædicatores fuerunt.

d Chelion. Consummatio. Hi sunt apostoli, qui ænigmata prophetarum ad cōsummationem pleni intellectus perduxerūt. Hi merito Ephrathæi, & de Bethlehem Iuda orti sunt, qui cœlesti pane satiati per prædicationem euangelii fructum prædicationis collegerunt. Ephrathæus enim frugifer, Bethlehem domus panis, Iuda confessio interpretatur. vnde, Vos date illis man Item. Euntes prædi. euan. re. Dei. Et alibi: Elegi vos de mun. vt eatis & fru. af.

e Ruth. Videns vel festinans, vel deficiēs interpretatur, in qua obedientia, & credulitas gentium designatur de quibus dicit: Populus quem nō cognoui, seruiuit mihi &c. Et alibi, Aethiopia præueniet manus eius Deo. Vocabantur ergo duo populi per sanctos prædicatores ad consortium fidei, & electorum Dei, vt ex diuersis gregibus fieret vnum ouile.

f Mortui sunt Post perfectionem pij laboris. s. de exilio huius mundi ad cælestia regna migrauerunt, vt expleto mandato decalogi acciperēt denarii beatitudinis.

g Egressa est &c. vtraque. Studiose satagit ecclesia, vt plebes, quas apostoli, & prophetæ tempore suo instruxerunt, perducat ad vnitatem fidei, & societatem Christianæ religionis, quæ scriptura referente didicit, quia iustus non derelinquetur nec semen eius quærens panem, qui de cælo descendit.

h Ite in domum Ecclesia non indiscrete agit, nec indiscrete quemquam recipit. vnde: Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus. si ex Deo sunt. Possunt hæc synagogę conuenire, q retrahit ad fidem Christi venientes, & maxime illud, vt superata a veritate infirmam se cognoscit et fiducetur. Reuertimini si iæ meæ.

i Nū vltra. Ra. Vox synagoge veritatē cō fitentis,

NIC. DE LYRA.

¶ *patuit ex dictis supra Iudicum. xi. Dicunt etiam Hebræi, quod ille. Abesan, & Booz est idē homo: binomius tamen. Oportet tamen dicere secundum istam uiam, quod peregrinatio Elimelech inceperat antequam Booz ineiret iudicare quia iudicauit populum septem annis tantum, & Noemi fuit in regione Moab decem annis, vt dicitur infra eo. cap. & Booz accepit Ruth post. Verum tamen illa peregrinatio per reditum. Noemi fuit terminata sub Abesan, qui idem est, quod Booz secundum Hebræos, ideo dicunt hoc fuisse tempore eius: quia res à fine denominatur,*

a ¶Vbi. b ¶Terrenis.

facta est fames in terra. Abiitq; homo de Bethlehem Iuda, ut pe

¶Christus. Domus panis.

regrinaretur in regione Moabitide, cum vxore sua, ac duobus

¶Regione. s. diaboli, qui est princeps huius mundi.

liberis: ipse uocabatur Elimelech, & uxor eius Noemi: & duo filij, alter Mahalon, & alter Chelion Ephrathæi de Bethlehem Iuda: Ingressique regionē Moabitidem morabātur ibi. Et mortuus est Elimelech maritus

¶Deus meus rex: hic est Christus cui dicitur: Intende voci orationis mex, rex meus & Deus meus.

¶Id est pulchra. ¶Pulchra es amica mea &c.

¶Fulchra. Pulchra es amica mea &c.

¶Iudæam, quæ male, vtebatur lege.

¶In patibulo crucis, vnde Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem.

mortuus est Elimelech maritus

¶In exilio huius mundi. b ¶Ecclesia. c ¶Cum doctoribus.

Noemi: remansitq; ipsa cum filiis, quia apostoli duarum plebium sibi sociauere consortium, Iudæorum. s. & Gentium.

¶Quia apostoli duarum plebium sibi sociauere consortium, Iudæorum. s. & Gentium.

lijs, qui acceperunt uxores Moabitidas: quarum vna vocabatur

¶Cernis eius. ¶Hi sunt fideles de Iudæis, qui robur fidei, & fortitudinem operationis primi perceperūt.

Orphā, altera Ruth. Manseruntque ibi decem annis, & am

¶Apostoli, & prophetę decalogum implentes.

bo mortui sunt, Mahalon ui-

¶In hac peregrinatione post ascensionem Domini.

delicet, & Chelion: remansitque mulier orbata duobus liberis, ac marito. Et surrexit vt in patriam pergeret cum uxore sua de regione Moabitide: audierat enim, quòd † respexisset Dominus populum suum, & dedisset eis escas.

¶Ecclesia. b ¶Prophetis, & apostolis, quorum caruit præsentia temporali, vel corporali.

¶Vitæ.

¶Mundo.

Egressa est itaque de loco peregrinationis suæ cum vtraque nuru: & iam in viā reuertendi posita in terram Iuda, dixit ad eas: Ite in domum matris vestræ: faciat uobiscum Dominus misericordiam sicut fecistis cum mortuis, et mecum: det uobis inuenire requiē in domibus uirorum, quos sortiturę estis: & osculata est eas. Quæ eleuata uoce flere cœperunt, & dicere: Tecum pergemus ad populum tuum. Quibus illa respondit: Reuertimini filiæ meæ: cur uenitis mecū? Nū ultra hābebo filios in utero meo, ut uiros ex me

¶Cœlebe.

¶Christo, vel mandatis eius.

¶Firmiter.

¶Relicta a Christo. b ¶In Christum credituros.

¶In obiecturonia legali.

sperare possitis? Reuertimini filiæ meæ, † & abite. Iam enim senectute cōfecta sū, nec apta uiro coniugali. Etiam si † possem hac nocte cōcipere, & parere filios, † si eos expectare uelitis donec crescant, & annos impleminatur. *Et quia ista historia hic ponitur, ad ostendendum quomodo Dauid rex descendit de Booz ut patet in fine.*

a Facta est fames in. *propter populi peccata.*

b Abiitque homo de Bethlehem. *Causa huius peregrinationis varie assignatur. Dicit enim Hieronymus super. iiii. ca. Paral. quod tunc temporis sol stetit per aliquod spatium immobilis ad terrendum homines, vt sic retraherentur ab enormibus peccatis, quibus erant inuoluti: quod non fecerunt, propter quod tāta fames facta est in terra illa, quod Elimelech, qui erat de nobilioribus, & potentioribus ciuitatis Bethlehem, fuit coactus ire ad terram extraneam ad quærendum victum suum. Hebræi autem dicunt, quod propter famē in illa terra accidentem multi pauperes recurrerunt ad Elimelech, quia erat dives & potens, & propter auaritiā suam durum erat ei dare, propter quā ad emitandam importunitatē illorum eximit de terra Israel cum bonis mobilibus, quæ habebat, & quia ex mala causa exiuit, ibidem mortuus fuit cum filiis suis, & de pauperatus est. Catera patent in litera.*

c Qui acce. *Hic consequenter describitur ipsius Ruth desponsatio. Dicunt autem Hebræi, & etiā aliqui catholici, quod ista Ruth fuit filia Eglon regis Moab. Sed hoc videtur falsum, quia à tempore Aod, qui interfecit Eglon, Iudicum. iij. fluxerunt anni ducenti. xxxij. vsque ad Abesan, vt declaratum fuit Iudicum. xi. & multo plures anni fuerunt vsque ad Heli, & ideo si Abesan fuit idem, quod Booz, vt dicunt Hebræi, impossibile est, quod Ruth fuerit filia Eglon, quem interfecit Aod, quia adhuc erat satis iuuenis, & apta ad prolem, quando fuit coniuncta ipsi Booz. Item si Booz fuit alter ab ipso Abesan, ita quòd historia Ruth accidit tempore Heli, vt dicunt aliqui, multo magis impossibile est, quod ipsa Ruth fuerit filia prædicti Eglon, quia multo plures anni fuerunt vsque ad Heli, quàm vsque ad Abesan, vt declaratum fuit Iudic. xi. Et ideo si aliquis velit dicere, quod Ruth fuerit filia Eglon regis Moab, oportet consequenter dicere, quod ille Eglon fuerit alius ab illo quem interfecit Aod, & longe posterior ipso. Et tamen adhuc non videtur conuenienter dictum secundum dictum Hebræorum, & catholicorum: quia secundum Hiero. Elimelech fuit pauper ad regionem Moab, & secundum Hebræos licet fuerit dives, tamen fuit ibi depauperatus, vt dictum est supra. Et hoc videtur ex eo, quod dicitur infra eo. cap. quod Noemi rediit de terra Moab vacua. s. sine viro, filijs & diuitijs. Non est autem verisimile, quod rex Moab dedisset filiā suam vxorem viro pauperi, & extraneo, & si post dationem de pauperatus fuisset vir eius, non est verisimile, quod permisisset eam recedere de terra sua ita pauperem, quod indigeret colligere spicas in agro alieno. Sicut dicitur de Ruth sequenti cap. Et ideo magis videtur, quod ipsa Ruth fuerit de humili progenie. Sequitur.*

d Audierat enim. *& ideo fame recedente de terra sua melius poterat ad eam redire.*

e Ite in do. *Hoc dixerat, quia patres earum erant mortui, vel quia mulieres sunt magis sami liares matribus suis, quam patribus.*

f Quæ eleuata voce flere cœperunt. *Ex quo patet, quod Noemi valde bene se habuerat ad nurus suas.*

g Num vltra habebo filios in utero meo, *Præce-*

MORALITER.

✻ *b Abiit homo de Beth.* Secundū Hebræos ille fuit valde dives, sed auarus propter quod tempore famis exortę molestę ferebat petitiones suorum consanguineorum, & conciuium, qui fame coacti recurrebant ad eius auxilium, & ideo ad declinandum petitiones eorum, cum vxore, ac filiis, & mobilibus bonis abiit in terram Moab. Et quoniam habuit malum motiuum, dominus ibi dem puniuit eum morte propria, & filiorū, & cōsumptione bonorum temporalium, pp qđ vxor ei' Noemi reuersa i Bethlehē dixit

✻ *Egressa*

Moraliter

Moraliter

Moraliter

Moraliter

✻ & superuenientē culpā nō tacētis. q. à uiro. i. Dauid relicta: & A a filijs. i. regib. & principibus priuata sterilem se esse, & infirmam ad concipiendum filios Deo confitetur post aduentum Christi.

a Eleua. Per has mulieres, quarum vna dolens, & lugens a socru recedit, altera obstinato animo adhæret, credentes significant: quorum alij percepta gratia baptismi, & societate fidei ad errores pristinos relabuntur: quos significat Orpha, q̄ ad Deos suos reuersa est: Alij vero definito cōsilio perceptam gratiam consequūtur, quos significat Ruth.

b Quocunq;. sic ecclia de gentib. uocata relicta patria i idololatria omissa, carnali conuersatione, & desiderijs, p fitet Deū suū esse, in quē credi derūt sctī & iturā, quo caro Xp̄i ascēdit & pro eius noie in hoc seculo pati vsq; ad mortē, & cū ppło sctōrū, & prophetarū & patriarcharum.

c Videś. Gentilis populus obstinato aīo p̄dicatores sequitē i terrā sctām, & in ciuitatē Dei Bethlehē: vbi ppārat ad suscipiendū spōsum de stirpe Abrahæ natum, in quo benedicentur omnes gentes vel tribus terræ.

d Neuo. Agnoscit synagoga calamitatē suā, q̄ post aduentū Xp̄i merito patiē, & refugit pulchra vocari, quia tēpora p̄speritatis suæ finiri p̄spicit.

e Quan. pri. i. qñ lex carnationis suæ ordinē ad mysteriū passiōis Xp̄i p̄uertit. Messis. n. hordeacea tps d̄nicę passiōis exprimit, q̄ mēse nouorū. i. primo mēse p̄tigit. Bñ ergo tpe illo ad Bethlehem uenit: qñ lex Xp̄m, quē docet in Bethlehē natū, in pascha. i. i mēse nouorū p̄dicat occisū. Sētā quoq; ecclia toto conatu laborat, vt quos ad fidē p̄uocat incarnationis, passionis, resurrectionis † merito ibuat: messis hordeacea Iudęorum exprimit credulitatē, q̄ pacto sacro passionis p̄dicātib. aplis primū ad fidē veniūt, q̄ alibi qnq; panibus hordeaceis pasti a Domino leguntē.

NIC. DE LYRA.

¶ *Præceptum erat in lege quòd si aliquis moreretur sine hærede relicta uxore, frater eius acciperet eam ad suscitandum semen fratri suo defuncto. Catera patent in litera.*

a Cui di. *Hic consequenter describitur ipsius Ruth conuersio, quæ noluit reuerti sicut altera: sed ire ad terram Israel cum socru sua, & conuerti ad cultum Dei unius, Gentilitate relicta propter quod dixit:*

b Ne ad. *reuertēdo ad cultum idolorum.*

c Quocūq;. *Hic dicunt Heb. q̄ uolčtibus conuerti ad Iudaismū dicēda sunt grauia legis, saltē secundum partē, sicut volentibus ingredi religionē explicanda sunt difficilia illius religionis. Dicunt igitur, q̄ Noemi uidens Ruth velle conuerti ad Iudaismū dixit sibi aliqua onera legis, & primo dixit ei, q̄ non erat licitum Iudæis ire extra terrā Israel, nisi ex cā magnæ necessitatis. Et tunc Ruth ei respodit: Quocunque. & non alibi. Iterum dixit ei: Non est nobis licitum, quòd mulier sic sola cum uiro, nisi fuerit maritus eius. Et Ruth respondit*

Vbi mo.

aut pubertatis, antè eritis vetulæ, quàm nubatis. Nolite quæso filiæ meæ facere hoc, quia † uestra angustia magis me p-

¶Gratia afflictio in vindicta.

† amaritudo & maior valde mihi est, quam uobis, quia

mit: & egressa est manus Domini cōtra me. Eleuata igitur voce rursum flere cœperūt. Orpha osculata est socrum, ac re-

¶Vbi est orte idololatriæ.

¶Id. est fidei ecclesię.

uersa est: Ruth adhæsit socrui suæ. Cui a dixit Noemi: En reuersa est cognata tua ad populū suum, & ad Deos suos, vade cum ea. Quæ respōdit: Ne † aduersēris b mihi, vt relinquam te, & abeam. Quo- c cunq; enim perrexeris, pergā: & vbi mo d rata fueris, & ego pariter morabor: Po-

¶Per merita adiuuante gratia sola gratuita vocatione.

pulus tuus populus meus, & Deus tuus f Deus meus. Quę te terra morientem su g sceperit, in ea moriar: ibiq; locū accipiam sepulturæ. Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si non sola mors me, & te se- h paraverit. Vidēs ergo Noemi, quòd ob stinato animo Ruth decreuisset secum pgere, aduersari noluit, nec ad suos vltra reditū psuadere: profectæq; sunt simul, & venerūt in Bethlehem. Quibus vrbem ingressis, velox apud cūctos fama percrebruit. Dicebantq; mulieres*: i hæc est illa Noemi. Quibus ait: Ne vo-

a ¶ Significat ecclesiam tribulationibus pressam præsentia gaudia non amare, sed futuram gloriam quærere. Vnde: Nigra sum, sed formosa &c.

cetis me Noemi, id est pulchrā: sed vocate me Mara, hoc est amarā: quia amaritudine valde repleuit me oīpotens. E- k gressa sum plena, & vacuā reduxit me l Domin⁹. Cur ergo uocatis me Noemi, † quā Dominus humiliauit, & afflixit omnipotens? Venit ergo Noemi cum Ruth Moabitide nuru sua de terra pere grinationis suæ, ac reuersa est in Bethlehem, quādo primū hordea metebātur.

k *Ne uo.* Nā multi, qui de bo. eccl. lautē viuūt, & magnificē, p suā malam ipsam multipliciter amaricāt. De quo beatus Bern. in eius persona loquens exponit illud Esa. xxxviij. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Postquam. n. cessauit persecutio tyrannorum contra ecclesiam, & ipsa dotata est muneribus, & magnis tpalibus bonis, multi abutentes peccatis enormibus, plus fm ueritatem amaricant ecclesiam ista pace, quam amaricata fuerit in tyrannorū pśecutione.

d Vbi mo, *notens esse sine te cum aliquo viro. Iterum dixit: Populus Heb. est subiectus legis oneribus in qua sunt sexcenta, & tredecim. Tunc respondit:* C *Pœna legis quadruplex*

e Populus tu, *q. d. nolo subdi legi ipsius. Iterum dixit: Prohibitum est nobis colere Deos alienos. Et ipsa respondit.*

f Deus tuus Deus. *Q. d. alium nolo colere. Iterum dixit ei. Transgressoribus legis nostræ in diuersis casibus imponitur pœna quadruplicis mortis. s. lapidationis, combustionis strangulationis in suspensione, & occisionis gladio, vt patet in Exo. & Deu. Et tunc Ruth respondit:*

g Quæ te ter. *Q. d parata sum suscipere pœnam cuiuscunque mortis, si meruero, sicut & tu.*

h Videns ergo. *Quia quando aliquis habet firmam uoluntatem transeundi ad legem diuinam, uel religionem, non est impediendus sed confutandus. Catera patent vsque ibi.*

i Dicebantq;. *Secundum expositores nostros legitur depressiue. & est uerbum cogendi de reditu Noemi. Secundum Heb. uero legitur interrogatiue. & est uerbum admirandi quasi dicatur: Hæc est illa Noemi, quæ recessit cum curru, & equis, & diuitijs, & modo reuertitur pauper, & pedi tādo: qa exiuit terrā Israel ex mala causa, ut sup. dictū est secundum opinionem Hebræorum, & huic consonat quod sequitur.* troges me

k Egressa sum. *filius, & diuitijs.*

l Et uacuam. *et in hoc cōsiteūr pœnā sibi inflictā a domino, p pēlō sui exitus de terra Israel ex mala causa, ut sup. dictum est, licet secundum opinionem Hebræorum.*

MORALITER.

✻ *l Egressa sum.* vt habetur infra eo c. In hoc ergo documētū hñt diuites huius mūdi, ne molestē ferant petitiones pauperū, nec declinēt ab eis indebitè, ne licut Elimelech puniāt, sēdm qđ dr. Per q̄ peccat, q̄ s, p hæc & tor q̄t. Et Qui obturat au. tua ad clamorē pauperis, & ipse clamabit, & nō exaudiet. Exemplū de diuite epulone, q̄ gutta aque impetrare nō potuit, eò qđ micas panis Lazaro negauit. Et multo plus timere debēt auari scīæ, quæ p cōtinentiā nō minuit, sed augetur. Et similiter sapientes in tēporalib. si fuerint de dādo cōsilio pauperib. in quo nō datur res possessa, sed tantum verba. Per Ruth autem quę relicta Gentilitate Noemi adhæsit di.

f Deus tuus & ei tam humiliter obediuit: significatur persona pœnitens ueraciter, quæ relicta diaboli seruitute ad hæret ecclesiæ eius mādatis humiliter obediendo. quæ per Noemi bene significatur: eò quòd Noemi pulchra interpretatur. Et Can. ii j. de ecclesia dicitur, Tota pulchra es amica. &c. Et talis fuit in principio. sed modo potest dicere.

NIC. DE LY. CAP. II.

GLOS. ORD. CAP. II.

CAP. II.

RAt au. Vir iste cōsanguineus Elimelech Xp̄s est agnus legis, et legislator, quia p legē promissus

RAt autem *Hic consequenter describitur ipsius Ruth conuersatio virtuosa, & quia humilitas est fundamentum omnium virtutum, ideo circa eam primò describitur humilitatis virtus. secundo bonestatis decus, ibi: Accipit autem. tertiò*

RAt autem uiro Elimelech cōsanguineus homo potens, & magnarū

a ¶ Fortitudo Dei. vñ. Et vocabit nomen eius ad mirabilia, cōfitebitur. Deus fortis, princeps pacis, pater futuri.

opum*, nomine Booz. Dixitque Ruth

a ¶ Ecclesiam. b ¶ Spiritus mentes fideles significant, qui transitis cęteris ad cęlum nobis reūniuntur ad exemplum.

Moabitis ad socrū suā: † Si iubes, uadā in agrum, & colligā spicas, q̄ fuge-

a ¶ Messis sunt sancti, q̄ colliguntur reponēdi in horreo Dei, messores sunt angeli. Vnde tribuit angelis bonis a malis separationem.

rint manus mētentium: vbicunq; clementiā in me patris familias reperero gratiam. Cui illa respondit: Vade filia mi. Abijt itaq;, & colligebat spi-

MORALITER.

a *Et accidit.* Per Ionathan, qui columbæ donum interpretatur, Dominus Iesus Christus significatur. nam ad modum columbæ caret amaritudinis felle. Per hoc autem, quòd Ionathas ascendit per scopulos ad destruendam Philisthinorum stationem, significatus fuit ascensus Christi in cruce per clauos, & sic destruxit stationem dæmonum, frangens infernum: & inde liberans collegium sanctorum patrum. Per armigerum autem eius intelligitur beatus Franciscus, qui arma Christi non solum in mente pectoris fidem, sed etiā in corpore per expressam similitudinem portauit, & per crucem pœnitentiæ post Christum incedens, frequenter dæmones fugauit. non solum de corporibus obsessis, sed etiam de ciuitatibus & locis: vt in eius legenda plenius continetur.

† lxx. aliqd nobis, alij uirtutū tamen p nos

† prohibitio heb.

Allegor.

Iosephus, lib. 6. antiq. b. 6. circ. mic.

Exod. 28. c

Ionathas transire. Dicit autem

minum denotè, vt posset Philisthæos debellare, & Dominus concessit, dans ei signum scilicet quòd si Philistæi videntes eum, dicerent: Ascendite ad nos, quòd Dominus per Ionathan, & armigerum suum debellaret eos. Et sic patet litera vsque ibi:

dentium, & per illum locum quærebāt

sideret Dominum coram area Domini, quæ erat ibi cum exercitu: vt habetur infrà eodem ca.

d Erant autem inter &c. *Erat enim ibi quasi quædam ruptura montis, & vallis in medio, habens ex vtraque parte scopulos in modum*

talem: cui coniunctum est rationale iudicij, vt habetur Exo. vt in ea con-

e Ascendite ad nos. *Irrisoriè loquebantur, quia videbant Ionathan, & armigerum eius cūtes hinc, & inde ad quærendum transitum: & Philisthæi loquebantur eis, ac si quærerent rem perditam.*

f Et ait Ionathas. &c. *Hic consequenter describitur ipsius Ionathæ mirabilis pugna quæ facta est virtute diuina. Et sequitur.*

cessitate cōpulsus, obtuli holocaustum Dño. Dixitq; Samuel ad Saul: a

¶ Samuel ex præcepto Domini iusserat, ut expectaret se donec veniret ad ungendum illum regem, & offerendas victimas septem dieb. sicut in consecratione sacerdotis, quod quia non custodiuit, recte arguitur.

†Stultè egisti, nec custodisti † mādata Dñi Dei tui quæ p̄cepit tibi: Quod c si no fecisses, iā nunc præparasset Dñs regnū tuum super Israel in sempiternū: sed nequaquā regnū tuum † vltra d consurget. Quęsiuit Dñs sibi virum e iuxta cor suū, & præcepit ei Dñs, vt esset dux super populū suum eò q̄ non seruaueris, quæ præcepit Dominus. Surrexit autē Samuel, & ascendit de f Galgalis in Gabaa Beniamin. Et reliqui populi ascenderunt post Saul, ob uiam populo, qui expugnabant eos, venientes de Galgala in Gabaa in colle Beniamin. Et recensuit Saul populū, qui inuenti fuerant cum eo, quasi sexcētos uiros. Et Saul & Ionathas filius eius, populusq; qui inuentus fuerat cum eis, erat in Gabaa Beniamin. Porrò Philisthijm † cōsederāt in Machmas. Et egressi sunt † ad præliandū g de castris Philisthinorum tres cunei. Vnus cuneus pergebat contra uiam h Ephraim ad terrā Saul. Porrò alius in i grediebatur p viā Bethoron. Tertius k aūt uerterat se ad iter † termini in terra Sabaa ualli Seboim ꝓtra desertū. Porro faber ferrarius nō inueniebatur in l

†præcepit Ion. 3. b

Et reliqui populi ascenderit post Saul obuiā populo q expugnabāt eos uenientes de Galgala in Gabaa in colle Beniminem

uertera qui dem exemplaria habent

H

†termini, q respicit contra ualem, uel regionis uergens in ualem

NICOLAVS DE LYRA.

¶ b Stulte egi. nec cu. manda. *Mandatum domini hic dicitur uerbum Samuelis loquentis Sauli ex parte domini, ut habetur supr. x. ca. Ex uerbis autem Samuelis in hoc loco, quæ alsque dubio reputanda sunt uera, oportet dicere, quòd Saul hic grauiter peccauit: sed quomodo peccauerit: diuersimode dicitur. Ad cuius intellectum recurrendum est ad intellectum uerbi Samuelis habitum supra. x. ca. quod tale est: Et descendes ante me in Galgala &c. vsque ibi: Et ostendam tibi quæ facias. inclusiue, quod ibidem fuit expositum tripliciter, & secundum primam expositionem Saul peccauit in hoc, quod non expectauit Samuelem ad offerendum sacrificium septem diebus continuis pro sua vnctione in regem, quia Saule præoccupante offerre Samuel fuit turbatus, & recessit, & sic illa solennitas. 7. dierum dimissa fuit. Secundum uerò expositionem secundam, quæ est Andreæ: Saul peccauit in hoc, quòd non expectauit Samuelem. 7. diebus prout fuerat sibi dictum, sed tantum sex. quia debebat expectare Samuelem. 7. diebus, postquam Samuel recepisset eius nuntium: ita quòd illa dies in qua Samuel recepisset nuntium Saulis non erat de numero 7. dierum expectationis, Saul autem illam diem intra illum septenarium inclusit: & sic sex diebus tantum expectauit. Secundum uerò tertiam expositionem, quæ uidetur mihi probabilior: Saul peccauit in tribus. Primo, quia non expectauit Samuelem. 7. diebus completè, ut erat sibi iniunctum, quod patet ex textu ubi dicitur: Cumque complesset offerens holocaustum scilicet Saul, ecce Samuel ueniebat, ita quòd uenit die. 7. & de tali hora, quod poterat offerri sacrificium, quia vsque ad horam iugis sacrificij uespertini poterant alia sacrificia offerri. Secundo peccauit, quia officium sibi illicitum, scilicet offerendi per seipsum usurpauit, quod est graue peccatum, quod patet ex hoc, quòd rex Ozias uolens offerre incensum, quod non pertinebat ad regis officium: percussus fuit lepra à domino, & factus fuit terræmotus in signum iræ diuinæ, ut habetur Zacha. Tertiò peccauit in hoc, quod peccatum suum non recognouit humiliter, cum argueretur a Samuele dicente sibi: Quid fecisti? sed se uoluit excusare ex necessitate imminentis belli, quæ excusatio nulla erat penitus, quia talis oblatio sacrificij non est Dei placatio, sed magis offensio.*

2. Paralip. 26. d

Zacca. 14

Quod si.

MORALITER.

✻ *a Dixitq; Samuel ad Saul: Stulte.* s. usurpando tibi officium legalis sacerdotii: & incomparabiliter plus peccant illi, qui sibi officium sacerdotis euangelici usurpant.

Moraliter Dæmonum tentatio in plebem hominem

k *Et eg. sunt.* Per hoc autem significatur quòd dæmones, qui vt dictum est, per Philisthæos intelliguntur, de tribus nos tētant. Primū est concupiscentia oculorum, & dæmones de hoc tentantes significantur per primum cuneum, cum dicitur,

l *Vnus cuneus pergebat contra.* quæ fertilis interpretatur. Concupiscentia verò oculorum bona temporalia coaceruare semper nititur. Secundum autem est superbia vitæ, & dæmones de hoc tentantes per secundum cuneum significantur, cum dicitur,

m *Porro &c. per ui.* quæ domus excelsa interpretatur. ideo per ipsam superbia vitæ intelligitur, quæ semper ascendere conatur. Tertium autem est concupiscentia carnis. & dæmones de hoc tentantes per tertium cuneum significantur, cum dicitur,

n *Tertius &c. sabaa.* qui interpretatur capra, ꝓpter quod significatur concupiscentia carnis, per quam homines assimilantur animalibus brutis, vnde 1. Ethi. uita voluptuosa dicitur uita pecudum.

1. Ethic. 5. tom. 5.

o *Porro fa.* Dæmones enim studeant ad hoc, quod fabricatores armorum spiritualium tollantur de terra fidelium. Huiusmodi uerò fabri sunt doctores, & prædicatores, qui contra dæmones insultus fideles armant suis sanctis exhortationib. propter quod illi, qui eos impediunt in tam bono actu, ministri sunt dæmonum in hoc casu.

NIC. DE LYRA. CAP. XIIII.

Et accidit. &c. *Hic consequenter describitur transgressio Saulis ex temerario iuramento. Et primo ponitur iurandi occasio. Secundò ipsa iuratio, ibi: Adiurauit autem Saul. Occasio autem iurandi fuit auiditas insequendi hostes coram Ionatha, & eius armigero fugientes, & ideo circa hoc primò ponitur ipsius Ionathæ constans audacia. Secundò mirabilis pugna, ibi: Et ait Ionathas. Tertiò pugnæ notitia ibi: Et respexerunt. Ipsius autem Ionathæ audacia patet ex hoc, quòd solus cum armigero fuit uoluit ire ad tentandum, si posset stationem Philisthinorum debellare. Et patet litera vsque ibi:*

b Patri autem hoc ipsum &c. *ne per ipsum impediretur. Cætera patent vsque ibi:*

c Portabat. *Id est uestem sacerdotalem:*

E NIC. DE LYRA.

¶ a Tradidit enim eos. *& hoc ostenditur per effectum, cum subditur.*

lib. 6. antiq. cap. 6. b Itaque cum. *Dicit Iosephus, quòd quædam nebula subito surrexit, propter quod Philistijm non cognoscebant Ionathan nec seipsos adinuicem & sic mutuo se trucidabant: & etiam ex eadem causa Philistiei reuertentes de præda pugnabant cum suis, qui remanserant in castris, & econuerso: ideo subditur postea: Sed & omnis populus flationis eorum. qui ierant ad prædandum obstupuit, & conturbata sunt castra. Alij uerò dicunt, & melius ut uidetur, quòd hoc contigit, eo quòd Deus percussit Philistæos diœcesia: aorasia: qua tollitur uisio, seu cognitio illius, quod esset alicui expediens, seu necessarium uideri ab eo, sicut percussi fuerunt milites quærentes Heliseum capere, quos econtrario duxit quasi captos usque ad medium Samariæ, & hoc uidetur per illud quod subditur.*

c Et factum est miraculum. *in percussione eorum. qui erant in flatione.*

d Per agros &c. *quantum ad reduentes de præda, qui similiter percussi fuerunt. Si enim hoc contigisset per nebulam, ut dicit Iosephus, non esset miraculum, quia frequenter consurgit naturaliter, & repente. Præterea, ita obnubilasset uisum Ionathæ, & armigeri sui, sicut Philistinorum, cuius contrarium textus innuit. quia distincte aduersarios cognoscebant, & interficiebant. Item quia speculatores Saul à loge uiderunt bellum illud, prout sequitur immediatè.*

e Et respexerunt. *Hic consequenter describitur prædictæ pugnæ notitia, per hoc quòd speculatores Saul uiderunt bellum, & annuntiauerunt Sauli, tamen antequam iret illuc, uoluit quærere consilium domini, quia habebat populum paucum, & incrmem. & hoc est quod subditur.*

f Applica arcam domini. *i. applica te ad consulendum dominum, si debeamus ire ad illud bellum. Sequitur.*

g Contrahe manum. *Extendebat enim sacerdos manus in oratione. Et quia non habebat cito responsum. Et Saul erat sollicitus pro filio suo absente: ideo dixit sacerdoti, ut quiesceret à petitione, quia uolebat festinare filio suo succurrere, ideo subditur,*

h Conclamauit ergo Saul. *Et patet litera usque ibi.*

i Sed Hebræi qui. *Aliqui enim Hebræi timore ducti coniunxerant se aduersarijs: sed uidentes debellationem eorum, & conuersionem ad fugam, ad suos reuersi sunt. Similiter qui præ timore se absconderant, ad prælium cum suis egressi sunt. & patet litera.*

k Adiurauit autem &c. *Videns autem Saul suos aduersarios fugere, omnino uoluit eos persequi: & ideo ne populus impediretur à persecutione aduersariorum, præcepit ut nullus de populo suo aliquid gustaret, donec inimicos percussisset, & hoc præcepit sub pœna mortis: & obseruationem præcepti iuramento firmauit. Igitur ad maiorem sequentium euidentiam, per modum inquisitionis scholastice quæritur:*

Vtrum Saul hoc iurando peccauerit? Et uidetur quòd non. quia motus fuit ad iurandum bono zelo. scilicet ut infideles, & nominis Dei persecutores occiderentur: quod non solum erat licitum, sed etiam bonum, & meritorium. ergo &c. Item si Saul iurando peccasset, Ionathas comedendo contra præceptum patris non peccasset, quod uidetur falsum, quia propter eius comestionem Deus cessauit dare responsum, ut infra dicetur, ca. c. Deprehensus etiam fuit Ionathas per iudicium diuinum ergo &c. Ad oppositum est sententia doc. huius locum exponentium. Ad hoc dicendum: quòd Saul in dicto iuramento peccauit dupliciter. primò quia male iurauit. secundò quia petius implere uoluit. Primum declaratur sic: quia licet iuramentum sit bonum in necessitate, & cum debitis circunstantijs, si tamen hæ deficiant malum est. sic autem fuit in proposito: quia Deus uictoriam sufficientem dederat, & miraculosè, ut patet ex prædictis: & ideo non erat necessitas inferendi hostes ulterius absque diuino consilio, quod Saul non expectauerat ut patet per prædicta. Item Saul præcipiendo, quòd populus nihil comederet casum necessitatis non excepit uerbo, nec intellectu: quod patet ex hoc, quòd Ionathan filium suum, qui in necessitate positus modicum mel lis comederat, uoluit omnino occidere. Casus uerò necessitatis ab omni præcepto, & lege excetus est: & ideo peccauit Saul non excipiendo, quod debuit excipere. Item quia iuramentum suum uergebat in peiorem exitum: quia si populus ieiunio, & labore fatigatus aliquid cibi accepisset, maior plaga in hostibus facta fuisset, ut dicitur infra eodem capitulo. Item quia fuit occasio peccandi toti populo, qui propter iuramentum suum non fuit ausus sumere cibum aliquem usque ad uesperam: propter quod ueniente uespera, populus lassus, & famelicus ex festinatione comedendi, peccauit comedens cum sanguine, ut in litera dicitur. Et sic patet, quòd Saul primo peccauit temerarie iurando. Secundo peccauit impiè adimplendo quantum fuit ex se, quia Ionathan innocentem uoluit occidere. Vnde & super hoc iuramentum temerarium replicauit dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha. Vnde in tali replicatione iuramenti iterum peccauit. Ad primum in oppositum dicendum, quòd bonitas motiui non iustificat factum malum sequens. Si enim aliquis motus pietate furetur, ut det elemosynam pauperi, non excusatur. Ad secundum dicendum, quòd Ionathas comedendo mel non peccauit. Tum quia præceptum patris non audiuit, ut dicitur in textu. Tum quia positus in necessitate comedit. Ex labore enim prælij, & ieiunio, & calore solis ita erat fatigatus, quòd oculi eius, & alij sensus erant nimis depressi, propter quod dicitur in textu, quòd gustato modico melliis illuminati fuerunt eius oculi: quia corde confortato, & resumptis uiribus, facies eius fuit exhilarata, & uinacitas sensuum rediit. Quod autem inducitur de responso Dei propter ipsum denegato, & de eius deprehensione iudicio diuino, dicendum quòd diuina responsa fiunt ex eius mera gratia, & potest ea subtrahere pro sua uoluntate, & sic subtraxit absque peccato Ionathæ. De deprehensione uero eius dicendum, quòd hoc fuit factum diuina ordinatione, ad declarationem suæ innocentiæ. Sciebant enim multi ipsum comedisse, qui tamen ignorabant eius necessitatem, & iuramenti patris sui ignorantiam. & ideo potuissent contra innocentem scandalizari, reputando ipsum transgressorem, & ideo publicè deprehensus fuit, ut coram omnibus se excusando eius innocentia declararetur: & per consequens per populum sicut innocens liberaretur, reputando eius mortem nefariam. ut patet in textu. His dictis ad expositionem literæ reuertamur, quæ satis patet ex dictis. paucis exceptis, quæ exponentur.

Adiurauit autem Saul. *Residuum huius capituli sic diuiditur, quia primo ponitur iurantis præcipitatio, secundo ignorantis transgressio ibi: Porrò Ionathæ. tertio facti inquisitio ibi: Et dixit Saul. Circa primum dicitur:* Adiurauit autem Saul populum dicens: *præcipitanter, & temerariè. ut dictum est:*

l Maledictus uir &c. *id est morti adiudicatus.*

¶ Qui co-

a Tradidit enim eos Dominus in manus Israel. Ascendit autem Ionathas manibus, & pedibus, reptans, & armiger eius post eum. b Itaque cùm uidissent faciem Ionathæ, alij cadebant ante Ionatham, alios armiger eius interficiebat sequens eum. Et facta est plaga prima, qua percussit Ionathas, & armiger eius, quasi uiginti uirorum * in media parte † iugeris, quam par boum in die arare c consueuit. Et † factum est miraculum in castris per agros. Sed & omnis populus † stationis eorum, qui ierant ad prædandum obstupuit, & conturbata sunt castra. † Et accidit quasi d miraculum a Deo. Et respexerunt speculatores Saul, qui erant in Gabaa Beniamin, & ecce multitudo † prostrata, & huc illucque diffugiens. Et ait Saul populo, qui erat cum eo. † Requirite, & videte quis abierit ex nobis. Cumque † requisissent, repertum est non adesse Ionathan, & armigerum eius. Et ait Saul ad e Achiam: Applica arcam Domini. Erat enim ibi arca Dei in die illa cum filiis Israel. Cumque loqueretur * Saul ad sacerdotem, tumultus magnus † exortus est in castris Philistinorum, crescebatque paulatim, & clarius † resonabat. Et ait Saul ad sacerdotem: Contrahe manum tuam. h † Conclamauit ergo Saul, & omnis populus, qui erat cum eo, & uenerunt usque ad locum certaminis. Et ecce uersus fuerat gladius uniuscuiusque ad proximum suum, & cædes magna nimis. Sed & Hebræi, qui fuerant cum Philistiim † heri, & nudiustertius, ascenderátque cum eis in castris, reuersi sunt, ut essent cum Israel, qui erant cum Saul, & Ionatha, omnes quoq; Israelitæ qui se absconderant in monte Ephraim: audientes, quòd fugissent Philisthiim † sociauerunt se cum suis in prælio & erant cum Saul quasi decem millia uirorum. Et saluauit Dominus Deus in die illa Israel. †Pugna autem peruenit usq; ad Bethauen, & uiri Israel † sociati sunt k sibi in die illa: Adiurauit autem

a ¶Saul indixit ieiunium, ne si comederent, mora fieret uictoni inimicorū.

Saul populum dicens: Maledictus

iuramento peccauit dupliciter. primò quia male iurauit. secundò quia petius implere uoluit. Primum declaratur sic: quia licet iuramentum sit bonum in necessitate, & cum debitis circunstantijs, si tamen hæ deficiant malum est. sic autem fuit in proposito: quia Deus uictoriam sufficientem dederat, & miraculosè, ut patet ex prædictis: & ideo non erat necessitas inferendi hostes ulterius absque diuino consilio, quod Saul non expectauerat ut patet per prædicta. Item Saul præcipiendo, quòd populus nihil comederet casum necessitatis non excepit uerbo, nec intellectu: quod patet ex hoc, quòd Ionathan filium suum, qui in necessitate positus modicum mel lis comederat, uoluit omnino occidere. Casus uerò necessitatis ab omni præcepto, & lege exceptus est: & ideo peccauit Saul non excipiendo, quod debuit excipere. Item quia iuramentum suum uergebat in peiorem exitum: quia si populus ieiunio, & labore fatigatus aliquid cibi accepisset, maior plaga in hostibus facta fuisset, ut dicitur infra eodem capitulo. Item quia fuit occasio peccandi toti populo, qui propter iuramentum suum non fuit ausus sumere cibum aliquem usque ad uesperam: propter quod ueniente uespera, populus lassus, & famelicus ex festinatione comedendi, peccauit comedens cum sanguine, ut in litera dicitur. Et sic patet, quòd Saul primo peccauit temerarie iurando. Secundo peccauit impiè adimplendo quantum fuit ex se, quia Ionathan innocentem uoluit occidere. Vnde & super hoc iuramentum temerarium replicauit dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha. Vnde in tali replicatione iuramenti iterum peccauit. Ad primum in oppositum dicendum, quòd bonitas motiui non iustificat factum malum sequens. Si enim aliquis motus pietate furetur, ut det elemosynam pauperi, non excusatur. Ad secundum dicendum, quòd Ionathas comedendo mel non peccauit. Tum quia præceptum patris non audiuit, ut dicitur in textu. Tum quia positus in necessitate comedit. Ex labore enim prælij, & ieiunio, & calore solis ita erat fatigatus, quòd oculi eius, & alij sensus erant nimis depressi, propter quod dicitur in textu, quòd gustato modico melliis illuminati fuerunt eius oculi: quia corde confortato, & resumptis uiribus, facies eius fuit exhilarata, & uinacitas sensuum rediit. Quod autem inducitur de responso Dei propter ipsum denegato, & de eius deprehensione iudicio diuino, dicendum quòd diuina responsa fiunt ex eius mera gratia, & potest ea subtrahere pro sua uoluntate, & sic subtraxit absque peccato Ionathæ. De deprehensione uero eius dicendum, quòd hoc fuit factum diuina ordinatione, ad declarationem suæ innocentiæ. Sciebant enim multi ipsum comedisse, qui tamen ignorabant eius necessitatem, & iuramenti patris sui ignorantiam. & ideo potuissent contra innocentem scandalizari, reputando ipsum transgressorem, & ideo publicè deprehensus fuit, ut coram omnibus se excusando eius innocentia declararetur: & per consequens per populum sicut innocens liberaretur, reputando eius mortem nefariam. ut patet in textu. His dictis ad expositionem literæ reuertamur, quæ satis patet ex dictis. paucis exceptis, quæ exponentur.

Adiurauit autem Saul. *Residuum huius capituli sic diuiditur, quia primo ponitur iurantis præcipitatio, secundo ignorantis transgressio ibi: Porrò Ionathæ. tertio facti inquisitio ibi: Et dixit Saul. Circa primum dicitur:* Adiurauit autem Saul populum dicens: *præcipitanter, & temerariè. ut dictum est:*

l Maledictus uir &c. *id est morti adiudicatus.*

¶ Qui co-

a Porro Ionathas. Columbæ donum Hic eos significat, qui accepta spūsancti gratia mūdi parāt spernere illecebras. Nō. n. potest contra allophylos spiritales. i. dęmones uiriliter pugnare, qui mundi dulcedinem nescit declinare.

De Gen. ad lit. lib. 11. c. 31. in. 3. *b Illuminati sunt. Aug.* Non ad uidendum, quia ante uidebat, sed ad discernendum: quia uetitum tetigerat, unde confundebatur.

Moraliter Quo facto monetur omnis, qui Deo uult militare, omnes uoluptatum illecebras contemnere:

Prou. 5. a †i. confortatus est, & hilaror apparuit uultus eius, q deficiens corde humilior, & tristis appa tebat Mel enim distillant labia meretricis. i. uoluptas carnalis delectationem parit. de qua mystice putatur Ionathan gustasse, & forte deprehensus, uix præcib. populi liberatus est, unde patet eum, q mundi uoluptate superatur, sanctorum suffragiis, & fraternis orationibus indigere.

c Populus peccasset domino come. Peccasse domino, & comedisse cum sanguine dicūtur, quia mactatis uictimis non obtulerunt ad sāctuarium sacerdotib. iuxta legem adipem, & sanguinē, cū, s. sanctuarii secū haberent. Qū. n. locus, sanctuarii procul erat iubebatur in terram sāguis fundi: earum. s. uictimarum, quas præparabant ad esum suum. Cum uero sanctuarium præsens erat super altare domini fundebat. unde in Deuteronomio: Sanguinem hostiarum tuarum fundes in altari, carnibus autem ipse uescris. Hoc populus modo non fecit, ideo dicitur domino peccasse, & cum sanguine comedisse.

Deut. 12. d

d Occidite super istud &c. ut fluat sanguis ad terram. Vel comedit cum sanguine, quia ante sacrificium uespertinum comederūt, quod post stragem usus erat fieri ante cibum. Vel in hoc peccauerunt, ut placet quibusdam) qp ad ostium tabernaculi uictimas suas non duxerunt.

e Et occiderunt. Occisio animaliū est baptisma, in quo uetus homo moritur. Ingens saxum super quod fiebat occisio fides est, sine qua non moritur uetus homo. Mactatio in terra hæreticorum baptisma. cuius sanguinem comedunt, quando absque purificatione peccatorum sibi lotos aggregant. Hęc animalia de Philisthæis capta, significant, aut de hæreticis reductos, aut de Gentilitate conuersos, illos imperiti rebaptizant istos aliter quam ecclesia tradit baptizāt. Quos Christus uelut Saul in fide sua quasi super saxum grande occidēdos boues, & oues, id est in differentias hominum baptizari præcepit.

f Tunc primum cœpit ædificare altare domino &cater. Quia obedienter, & rectè. Superius verò cum increparu est à Samuele, non dicitur ædificasse domino, quia inobedienter ędificauit.

g Applicate huc uniuersos angulos populi, & scitote, & videte per quem acciderit. Angulos populi principes uocat, quibus hinc in-

de po-

uir qui comederit panem usq; ad uesperum: a donec ulciscar de inimicis meis. Et non manducauit uniuersus populus panem. Omneque terræ uulgus uenit in saltum, in quo erat b mel super faciem agri. Ingressus est itaque populus saltum, & apparuit fluens mel, nullusque applicuit manum ad os suum. Timebat a enim populus iuramentum. Porrò Ionathas c non audierat, cum adiuraret pater eius populum extenditque summitatem uirgæ quam habebat in manu, & inunxit in fauū mellis, b & conuertit manum suam ad os suum. Et illu-

a ¶Nimio calore & prælio & ieiunio refecerentur.

minā i sunt oculi eius. Respondensque unus de populo ait: Iureiurando constrinxit pater d tuus populum, dicens: Maledictus uir qui comederit panem hodie. Defecerat autem populus. Dixitque Ionathas: Turbauit pater meus terram. Vidistis ipsi, quia illuminati sunt oculi mei, eò quòd gustauerim paululum de mel le isto, quantò magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum, quam reperit? Nonne maior facta fuisset plaga in Philisthiim? Percusserunt ergo in die illa Philisthæos a Machmis usque in Aialon. Defatigatus est autem populus nimis, & uersus ad prædam, & tulit oues & boues, & uitulos, & mactauerunt e in terra, comeditque populus cum sanguine. f c Nuntiauerunt autem Sauli dicentes, quòd po-

a ¶Quia occisis pecud. bus non diu bene expurgatis a sanguine carnibus comerunt & comederunt.

pulus peccasset Domino, cōmedens cum sanguine. Qui ait: Præuaricati estis. Voluite ad g me iam nunc saxum grande: Et dixit Saul: Dispergimini in uulgus, & dicite eis, ut adducat ad me unusquisque bouem suum, & arietem d & occidite super istud, & uescimini, & non h peccabitis Domino comedentes cum sanguine. Adduxit itaque omnis populus unusquisque bouem in manu sua usque ad noctē, e & occiderunt ibi. Aedificauit autem Saul al- i f tare Domino. Tuncque primùm cepit ædificare altare Domino. Et dixit Saul: Irruamus su- k l per Philisthæos nocte, & uastemus eos usque dum illucescat mane, nec relinquamus ex eis uirum. Dixitque populus: Omne quod bonum uidetur in oculis tuis fac. Et ait sacerdos: Accedamus huc ad Deum. † Et consuluit Saul Dominum dicens: Num persequar Philisthijm? Si trades eos in manus Israel? Et non respondit ei in die illa. Dixitque Saul: Applicate huc uniuersos angulos † populi, & m scitote et uidete per quem acciderit peccatum n hoc hodie. † Viuit Dominus saluator Israel, o quia si per Ionathā filium meum factum est, absq; retractatiōe morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo. Et ait ad uniuersum Israel. Separamini uos in parte unam & ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera. Respōditq; populus ad Saul: Quod bonū videt in oculis tuis fac. Et dixit Saul ad Domi

de populi tanquam angulis partietes adhærebant.

Hæc faciat

NIC. DE LYRA.

¶ a Qui come, panem. *id est, quem cunq; cibum, unde nec Ionathas panem comedit. sed mel.*

b Venit in sal. *Apes enim mellificabant in arboribus in tanta copia, ꝙ mel inde manabat ad terram, & propter talem copiam terra promissionis dicitur manans lacte, & melle in pluribus locis.*

c Porro Iona. *Hic consequenter describitur ignorantis transgressio. Et Et patet litera ex supradictis usque ibi:*

d Turbauit pater meus ter. *idest homines terræ suæ, qui propter iuramentum suum erant fatigati ex ieiunio, & labore, nec poterant inimicos persequi. unde dicitur hic. De fatiga. Cætera patent usque ibi:*

e Mactauerunt. *& sic peccauit faciendo contra mandatum legis. Hæc tamen litera diuersimodè exponitur: Vno modo sic:* Mactauerunt. *id est in quolibet loco ubi erat commodius eis indifferenter, etiam tamen prius deberent adducere ante sanctuarium, quod erat ibi præsens, ut suprà dictum est.*

f Comeditq; po. *id est antequam sanguis aspergeretur ad honorem diuinum. Alio modo:* Mactauerunt in. *non super lapidem, uel locum taliter eleuatum, quòd posset bene sangris exprimi de carnibus, & effluere: & sic comederunt cum sanguine idest carnes non sufficienter depuratas à sanguine. Tertiò modo exponitur quia antequam comederent de præda hostium debebant Deo prius facere sacrificium, quod tunc non fuit factum, & omnia isla processerunt ex hoc: quòd populus erat nimis famelicus, & festinabat comedere, propter quod iuramentum Saulis fuit populo peccandi occasio, ut supra dictum est.*

g Voluite &c. *fax. ut ibi interficerentur animalia secundum morem paternum, & sanguis bene exprimeretur.*

h Et non. *sicut ante feciſtis.*

i Aedificauit. *ad agendum gratias de uictoria concessa.*

k Tuncq;. *Licet enim prius obtulisset sacrificium, ut dictum est. ea. præce. hoc tamen fecit super altare prius ædificatum ab alio, uel quia illud sacrificium Deo non placuit, ut dictum fuit ibidem. Dicunt tamen aliqui, quòd istud altare, quòd hic dicitur ædificatum a Saule non fuit aliud, quam lapis magnus, de quo dictum est, tibi malabantur animalia, & exprimebatur sanguis, & ibidem adipes eorum cremabantur.*

l Et di. *Hic consequenter ponitur facti inquisitio cuius inquisitionis præmittitur ratio, quæ fuit, eò quòd dominus non respondit Sauli, & patet litera usque ibi.*

m Applica. *idest totum populum ab extremitatibus castrorum.*

n Et ui. *Aestimabat enim Saul, quòd Deus non negaret responsum absque peccato alicuius de populo, quod tamen non oportet, ut prædictum est.*

o Viuit do. *Modus est iurandi, ac si dicatur, per Deum, qui semper uiuit. Cætera patent usque ibi:*

¶ Si in me.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Hec fa. Iuramentum Hebreorum quod per contrarium intelligitur. q.d. malum, quod tibi debetur, mihi imputetur, si te non interfecero.

b Qui fe. Multum prosunt tran sacta bona. Nisi enim Ionathã præterita bona iuuissent, immi nentia mala non euasissent. Nõ enim iniustus Deus, ut obliuiscatur bonorum.

† da perfectioné. uel fac, quod rectum est lxx, da manifestationem

NIC. DE LYRA.

¶ a Si in me aut in Iona. *vsq; ibi inclusiue.*

b Da sancti. *non est in Hebræo, nec de textu.*

† moriar. c Et captus. *alias deprehensus est Ionathas per sortem, quæ cecidit super eum ex causa suprædicta.*

d Et indicauit. *causas suę comestio nis suprædictas.*

e Et ait gustãs. *somodicũ in trãsitu.*

† Hoc nefas est, absit. f Et ecce ego. *absq; causa rationabili: & ideo liberauit eum populus, ut patet in litera.*

g Et Saul confir. *Hic ultimo ponitur historiæ prosecutio. & patet litera usq; ibi:*

h Et quocunq;. *In Hebræo habetur: Et quocunque se vertebat impiè agebat, uel ipius fiebat. & litera immediatè sequẽs cõcordat cũ dicitur.*

i Congregatoq;. *de qua percussione agitur. c. seq. in qua plurib. modis incurrit offensã domini, ut uidebitur.*

k Fuerunt. *Hic non nominatur Isbosheth, non propter defectum ætatis, quia iam habebat viginti annos, & vltrà, cum in morte Saulis fuerit annorum. xl. vt habetur. 2. Reg. 2. c ii. Regum sed propter defectum magnanimitatis: quia fuit pusillanimis,*

† supra 9. a 1. Par. 8. c *& inptus ad prælium, propter quo l in bello ubi mortuus fuit Saul, non fuit cum aliis fratribus suis.*

l Patruelis. *i. cognatus germanus, quia Saul, & Abner fuerunt nati de duob.*

† robustũ.

num Deum Israel: † Domine Deus Israel da indicium, quid est, quòd non responderis seruo tuo hodie? Si in me, aut in Ionatha filio meo a est hæc iniquitas, da ostensionem. Aut si hæc est iniquitas in populo tuo, † da sanctitatem. Et b deprehensus est Ionathas & Saul, populus autem exiuit. Et ait Saul: Mittite sortem inter me, & inter Ionathan filium meum. Et captus est c Ionathas. Dixit autem Saul ad Ionathan: Indica mihi, quid feceris? Et indicauit ei Ionathas, & d,e ait: Gustãs gustaui in summitate virgę, quę erat in manu mea paululum mellis, & ecce ego f

a † morior? Et ait Saul: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha. Dixit

b que populus ad Saul. Ergo ne Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? † Hoc nefas est. Viuit Dominus, si ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cum Deo operatus est hodie. Liberauit ergo populus Ionathan, vt nõ morereturr. Recessitque Saul, nec persecutus est Philisthijm. Porrò Philisthijm abierunt in loca sua. Et Saul confirmato regno g suo super Israel, pugnabat per circumitum aduersum omnes inimicos eius: contra Moab, & filios Ammon, & Edon, & reges Soba, & Philisthæos, & quocunq; se uerterat superabat. Con h i gregatoque exercitu percussit Amalec, & eruit Israel de manu vastatorum eius. Fuerunt autem k filij Saul Ionathas, & Iessuir & Melchisua. nomina duarum filiarum eius, nomen primogenitæ Merob, & nomẽ minoris Michol. Et nomẽ uxoris Saul, Achinoã filia Achimaas. † Et nomẽ principis militię eius Abner, filius Ner, patruelis Saul. Porrò Cis fuerat pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel. l m Erat aũt bellũ potens aduersum Philisthæos oĩbus diebus Saul. Nam quemcunq; uiderat Saul virum fortem & † aptum ad prælium, sociabat eum sibi.

duob. fratribus ut habetur. 1. Paral.

G

1. Par. 8. c 13. q. 7. c. ii cerdos.

Dñe De da iudicũ, quid est, quod non rñderis seruo tuo hodie. Si i me aut in Ionatha filio meo ẽ iniqtas hæc, da oñsionẽ aut si iniqtas hæc cũ in populo tuo. hæc uerba ne † ueteribus exẽplaribꝫ leguntur.

† pinguib. a. optimis pecudib. †vel bona

Humiliatu Laur.

† mane

l. 24. Moral. cap. 16. circ. med. tom. 1.

Saul offerebat holocaustum domino d initijs prædarũ, quæ attulerat ex Amalec & cum venisset Samuel ad Saul, Ne vetera quidem exemplaria hæc habent

B

H

I

GLOS. ORD. CAP. XV.

T dixit.

b Bouem. Ideo iubet dominus demoliri iumenta Amalec, ut nec in iumentis eius memoria fiat. Dominus enim dixerat se deleturum memoriã Amalecde sub cœlo. Et quia eius memoria penitus deleta non fuit, Saul per inobedientiam peccauit. De Amalec uero in Deutero. dr: ga extremos populi Dei q lassi residebãt, cæcidit. Lassos uero exponũt Hebræi immundos, secundum legẽ extra castra manẽtes. Quorum (sicut tradũt) circũcisionẽ amputauerunt, & ad subsannationẽ Dei in cœlũ proiecerũt.

Dent. 25. d

† Exo. 17. c 2. q. 4. ccl. § 1. 24. q. 3. §. .. † recordatus sum eorum, quæ † insidiarũ quas passi fuit

c Dixitq; Saul Ci. Cineus ipse est Ietro cognat⁹ Moysi, de quo erãt Cinęi, q habitabãt cũ Amalec

Melior.

NIC. DE LY. CAP. XV.

† Cõgregauit itaque Saul populum. lxx. & nuntiauit Saul populo.

† i Talaim

T di. Sa. Hic consequenter ponitur tertia transgressio Saulis, quæ processit ex cupiditate, & superbia, eo quòd ex victoria habita de Amalec concupiuit prędã, & arcũ triũphalẽ erexit ad sui iactãtiam. Igitur circa hoc describitur mandati diuini sibi facti denuntiatio secundo ipsius transgressio, ibi: Et apprehendit. Circa primum dicitur.

b Me mi. *q.d. Samuel ex hoc debes esse solicitus obedire Deo.*

c Nunc er. *q.d. prius transgressus es offerendo in persona propria, quod tibi non licebat, ut dictum fuit. c. xiii. & temerariè iurando, vt dictum fuit. c. xiiij. sed nunc aduerte, ut obedias in nullo transgrediendo.*

Re censui.

d Re censui. *quæ. quia primò filios Israel inpugnanit in deserto, vt habetur Exo. & ideo demeruit deleri ab hominibus vsq; ad animalia, & à maiori usq; ad minimum. Dicit autem hic R. Sa. quòd dominus præcepit hic animalia interfici, eò quòd inter Amalecitas erant multi sortilegi se transformantes in similitudinem bestiarum. Sed hoc fictitium uidetur. ideo primum est magis tenẽdum, maximè cum similis interfectio alibi facta sit, ut patet de ciuitate Gabaa in detestationẽ crĩs ppetrati in uxore Leuitæ. Cat era patẽt usq, ibi.*

Exod. 17. c

Indic. 20. c

e Dixitq;. *i. illis, q descẽderat de Ietro, & venerant cũ filijs Israel ut dictũ fuit Exo. 18. & Nu. x. & Iud. 1.*

* uerbos

¶ Et ap-

CAP. XV.

T dixit Samuel ad Saul: Me misit a Dominus, vt vngerem te in regẽ b super populum eius Israel. Nunc c ergo audi uocem *Domini: Hæc dicit Dominus exercituum: † Rec d censui quęcũq; fecit Amalec Israeli, † quomõ restitit ei in uia, cũ ascenderet de Aegypto. Nũc ergo vade, & percute Amalec, & demolire uniuersa eius, non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid, sed interfice a viro usq; ad b mulierem, & paruulũ atque lactẽtem, boue & ouem, camelum, & asinũ. † Præcepit itaq; Saul populo, & † recensuit eos quasi agnos, ducenta millia peditum, & decem millia uirorum Iuda. Cumq; uenisset Saul usq; ad ciuitatẽ Amalec, c tetendit insidias † in Torrente. Dixitque Saul e

MORALITER.

Moraliter

a Et di. Sa. Per Samuelẽ, q̃ postulatus a dño interpẽtatur, cõuenienter Iesus Xps significatur, quẽ à dño postulauerũt instãter pñarchæ & ꝓphetæ. Emitte agnũ dñe dñatorẽ terræ de petra deserti ad mõtem filiæ Sion. Et cõsiliis postulatio i multis locis ponit in veteri testõ. Per Saulẽ uero regnare volẽtẽ pt intelligi q cũq; q̃rit, vel accẽptat ptãtẽ tpalẽ, & ispũalem. & talis dẽt primo de regimine sui cogitare. qđ cõsistit, in hoc, q̃ sẽsualitas redigat sub rõnis ptãte. pp qđ sibi dr à Xpo, q ꝓ Samuelẽ significatur. Vade, & pcure Amalec, q bruta gẽs interpẽtat. pp qđ p Amalec sensualitas pquẽ hõ cõuenit cũ brutis designat: & sic dẽt domari, q̃ obediat rõni. Sed in hac uictoria duplex põ esse defectus. Vnus est si nimis parcatur carni sub ptextu seruitutis Dei. ut sit fortior ad seruiẽdũ ei, & hoc significat p hoc, q̃ Saul pepcit meliorib. animalib. sub prætextu oblationis Deo fiendæ ex eis, cùm dicitur.

Isai. 16. a

& non cõ cupiscas ex reb. eius aliquid. Ne in exẽplaribus quidẽ antiq; habẽtur hæc

** Et peper-*

lec. Consanguinei. n. erant & in A terra eius hæreditatem habebãt.

†vel diſpdam Misericordiã fecit Cineus cũ filijs Israel, qa fouit Moysen in terra Madian, & consilium dedit ei, qualiter gubernaret multitudinem populi.

a Pœnitet me, Grego. hac increpatione superbia regis abijcit. quod ad correctionem suam conuerte re potest q̃sq; prælatus. Cum Saul se paruulum in oculis suis æstimaret, caput in tribub. Israel factus est. Q. Cum te paruulum conspiceres, ego te p̃ cæteris magnũ feci. Quia verò magnum cõspicis, à me paruulus æstimaris. Quod cõtra Dauid cum regni sui potẽtiã corã arca Dñi saltãdo despiceret, dixit: Ludã, & vilior fiam plus q̃ factus sum: & ero humilis in oculis meis. Si ergo sẽti ẽt cum fortia agũt, de semeripsis vilia ientiunt, q̃d dicturi sunt, qui sine operibus virtutis intumescũt? Quelibet aũt opa nulla sunt, nisi humilitate cõdiantẽ. Miranda actio, cum elatio non eleuat, sed grauat Qui. n. sine humilitate virtutes congregat, in vẽtũ pulucrẽ portar, vñ dũ aliqd ferre cernit deterius exerceatur.

Hom. 7. in Euang. circa fin.

3. Reg. 6. d

Nõ ergo aspiciamus gb. iã superiores, sed qb. adhuc sumus inferiores: vt ad maiora & semper ex humilitate ascendamus.

b Non ne cum. Grego. Paruulus est in oculis suis, qui dũ cõsiderat, imparem alienis meritis pensat. Nã grãdẽ se conspicit, qui sup aliena merita se extendit. Saul aũt in bono, qđ ceperat nõ pmansit, qa fastu ptãtis itumuit. Dauid verò sp de se humilia sentiẽs, & eidẽ Saul se cõparatione postponẽs, postq̃ feriẽdi locũ reperit, pepercit: & iquiẽti aduersario se humiliter pstraunt dicẽs: Quẽ psequeris rex Israel q̃ psequeris? Canẽ mortuum, & pulicẽ viuũ. Iã tñ in regem vnctus fuerat, iã didicerat, q̃ Saule reprobato seruabatur ad regni gubernacula. Discant ergo qũo humiliari ꝓximis dñt, qui adhuc, in quo loco habeant apud Deũ nesciũt, si electi sẽ illis humiliãt, qb. se iã añpositos sciũt: hoc aũt propriũ est electorũ, de se sentire infra q̃ sunt. vñ: Si nõ humiliter sentiebã, sed exal. &c. Et alibi: Si quis paruul⁹ est veniat ad me &c. Qui n. humilem se non sentit sapiam Dei nõ apprehẽdit. *Paruulus* Paruulum se Saul prius vidit, sed elatus potentia iã se paruulũ nõ videbat, cæterorũ cõparatione se præferens, qa plus poterat, magnũ se prę oĩb. ęstimabat. Sed cũ apud se paruulus, apud Deũ magnus, cũ apud se magnus, apud Deum paruulus fuit. Vñ: Ducẽte ꝓstitui nolite extolli, sed esto q̃si vnus ex illis

Melior.

NIC. DE LYRA.

¶ a Et apprehen. *Hic consequenter ponitur mandati transgressio, cum dicitur:*

b Et pe. *& in hoc trãsgressus fuit mandatum Domini, in quo iurarat sibi præceptum q̃ totum populum exterminarẽt. & ideo hoc potissime intelligebatur de capite populi. Sed Saul cupiditate ductus sperabat habere de eo magnã redemptionem, vel per eum occulti thesauri reuelationem: & eadem cupiditate reseruauit meliora de præda: vt patet in litera.*

c Factum est. *Superius descripta est ipsius Saulis transgressio, hic consequenter describitur eius diffinitiua reprobatio. quæ primò Samueli reuelatur. secundò Sauli denuntiatur ibi: Dixitque Samuel. Circa primum dicitur:* Factum est ver. do. &c. Pœnitet me. *Pœna cũ mutabilitatem importet, nõ potest esse in Deo. dicitur tamen pœnitere, eò q̃ ad modũ pœnitẽtis se hẽt, quando destruit qd fecerat, & sic est in ꝓpsito, qa Saulem abijcere decreuerat, quẽ prius sublimauerat. Ista tamen mutabilitas solũ est in creaturis, quia Deus uolũtate immutabili facit mutabilia.*

d Contristatusque. *propter peccatum Saulis.*

e Et cla. *ad ipsum placãdũ si posset, qa adhuc forsitã ignorabat vtrũ esset Dei diffinitio, vel soĩa cõminatio, sed postea bene sciuit, vt ex sequentibus patebit.*

† contemptibile, & dissolutũ

f Nuntiatum. *montem valde altum.*

g Et ere. *i. arcum triumphalem de palmis, & oliuis factum, in signum victoriæ habitæ ad sui iactantiam, quia illã victoriam soli Deo debebat attribuere. Vnde & postea subditur ad sui iactãtiã:*

h Impleui. *quod tunc erat falsum: & ex istis aggrauabatur Saulis peccatum.*

i Dixitq;. *Sa. Hic consequenter Domini sententia Sauli denunciatur, & primò ponitur ista denũciatio secundo Saulis obstinatio, ibi: Et ait Saul. Denunciatio autem diuinę sententiæ per Samuelem ponitur modestè, & ordinatè: quia primò ponitur simplex reprehensio, cũ dicitur:* Dixitq; Samuel. *q.d. non fecisti verbum Domini: qa ꝓceperat omnia occidi. Secundo subditur Saulis superba responsio in hoc, q̃ peccatum suum humiliter non recognouit, sed magis inepte se excusauit: ponens super populum quod principaliter fuerat factum per ipsum, vt patet ex prædictis. & patet litera. Tertiò Samuel processit ad denuntiationem diuinę sententiæ contra eum di.*

† locum

D

E Sine me. *i. audi me loquentem.*

l Et indi. *Domini sententiam.*

m Nonne &c. *q.d. sicut per humilitatem meruisti ad regnum exaltari, ita per superbiam, & cõceptum verbi diui ni meruisti deici. Quod autem contempserit Dei mandatum ostendit dicens:*

n Misit te. *& patet litera.*

o Et ait Saul. *Hic cõsequenter describitur ipsius Saulis obstinatio: & secundò pñæ simulatio, ibi: Dixitq;: Saulis obstinatio apparet. quia cũ ꝓdicta excusatio ne sua addidit pẽri sui defensionẽ dicẽs:*

p Imo au. vo. *Veruntamẽ in sua defensione contradicit sibi, sicut frequenter contingit malis hominibus di.*

q Et addu. *Agag. de quo fuerat sibi præceptum, vt interficeret eum. sed cupiditate ductus reseruauit eum viuum, vt dictum est supra.*

r Tulit autem. *q. d. non ego: cum tamen esset principalis in hoc facto.*

s Vt immolet Domino. *q.d. nõ debes hoc reprehendere: qa cedit ad honorem diuinum. quod excludit Samuel dicens:*

t Nunq. *d. quasi dicat nõ. vnde subdit.*

¶ Melior

MORALITER.

Moraliter

b Et pepercit. & idẽ significat p hoc q̃ dimisit viuũ regẽ Agag pigui simũ. Ali⁹ aũt defect⁹ est, qñ ex vitio rũ carnaliũ victoria insurgit sup hia, q̃ aliqñ ẽ magis Dei offensiua. Bern. su p Missus est. Expedit magis virginẽ nõ eẽ, q̃ de virginitate ẽ loquẽtem. Et hoc signat p hoc, q̃ Saul erexit sibi

Hemit. super Missus est post me. tom. 1.

fornicem triumphalem ad suæ victoriæ ostentationem. Et quoniam per humilitatem fuerat electus in regem, sicut dicitur in textu.

m Nonne cum par. ita per superbiam fuit electus, sicut dicit infra.

c Factum

** Pro eo*

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES